



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Pars I. Resolutiones circa Præcepta


urn:nbn:de:hbz:466:1-41699



PARS PRIMA
RESOLUTIONES
circa præcepta.

CAPVT PRIMVM.

Resolutiones Quæstionum Pastoralium circa primum Præceptum Decalogi.

I.  Uæro: *De quibus sint interrogandi Pœnitentes circa hoc Præceptum?* Resp. 1. An nõ crediderint, vel deliberato consensu dubitarint de aliquo puncto fidei; 2. An non legerint libros hæreticos vel prohibitos. 3. An Biblia vulgari lingua legant sine licentia, si sint laici. 4. An non sint usi superstitionibus. 5. An verbis sacris non sint usi ad turpia, ad amatoria, vel profana, gravi cum irreverentia? Item de irreverentia erga loca sacra vel res

sa-

factas; de odio Dei, de desperatione, de præsumptione. Omnia enim quæ sunt contra fidem, religionem, spem, vel charitatem erga Deum, huic præcepto adversantur. Sed specialiter horum aliqua hic explicanda nobis sunt. Vnde

2. *QUAERO: Quid agendum cum rudibus, qui ignorat fidei articulos primarios, maximè de Deo Trino in personis, in essetia uno, ac de Filii Dei incarnatione?*
 Resp. plerosque Theologos sentiri fidem & scientiam explicitam articulo- rum & mysteriorum Trinitatis & In- carnationis, ita necessariam esse ad sal- lutem necessitate mediæ, ut sine illa quis nec justificari possit, nec salvari; etiam si ignorans non foret in culpa, quia numquam fuerit instructus. Vi- de quæ hac de re dixi in *Resolutionibus de Sacramento Pœnitentiæ c. 2. q. 7.* & in *Horto Past. Tract. 1. Lect. 9. in fine.* Reli- quorum articulo- rum scientiam aut fi- dem explicitam, dicunt non esse ne- cessariam nisi necessitate præcepti; ita
 ut

ut si quis sine sua culpa ignoret; quia instructus non fuerit, excusetur, & salvari possit. Et quidem præceptum est sub peccato gravi, ut sciant saltem substantiam articulorum solemnium in Ecclesia Dei: puta, *Christum esse natum de Virgine, esse crucifixum, mortuum, sepultum, resurrexisse, ascendisse, Iudicē-que venturum.* Quæ omnia vix ignorant rudes, licet Symbolum non sciant ordinatè, aut quid sub quoque articulo contineatur. Sed ad id non tenentur, nisi fortè sub veniali, Quod advertere debent Pastores nimis anxii.

3. *QUAERO: Quid agendum cum illis qui putant in sua fide quemlibet salvari posse?* Resp. hunc errorem esse satis frequentem, non solum inter rudes, sed & inter eos qui sapere videntur, & se Catholicos putant. Eliminandus porro error iste, tamquam gravis, & repugnans illi articulo, quo credimus *Sanc̄tam Ecclesiam Catholicam*; extra quam non est salus, sicut extra arcam

Noe à diluvio nemo fuit liberatus. Et qui id ignorat, certè ignorat substantiam illius articuli.

4. *QUAERO: An sit peccatum mortale, Biblia vernaculi idiomatis sine licentia legere & retinere?* R. hoc difficulter persuaderi laicis quibusdam; est tamen res gravis, & rigorosum præceptum; & ubi contumacia interveniret, excommunicationi daret locum. Nec video quomodo id possit excusari, nisi dicatur quibusdam in locis illud præceptum contraria consuetudine esse enervatum, quomodo aliqui asserunt præceptum datum laicis de non disputando in fide ut habetur cap. *Quicumq;* de hæreticis in 6. contraria consuetudine esse enervatum, in locis maximè ubi passim vigent hæretici. Sed quidquid sit de hoc posteriori, de priori præcepto Biblia in vernacula lingua non legendi, ignorantia aut excusatio valida non videtur posse afferri in nostra Diœcesi Leodiensi, cum illud renovatum & per Parochias publicatum

blicatum fuerit anno 1619. jussu Ferd.
Episcopi Leodiensis, à quo emanavit
hocce Decretum. *Cum hisce turbulen-
tis & seditiosis Reipublica temporibus à
piis & doctis viris animadversum sit,
diversas opiniones erroneas irrepisse: eò
quòd tam facile omnes saculares sacra
Biblia in idioma vernaculum traducta
in suis domibus, officinis, tabernis terant.
Hinc est quod nos huic malo obviam ire
cupientes, mādamus omnibus & singulis
Civitatis & Dioecesis nostrae, Leodiensis
Pastoribus, quatenus proxima post praesentium
receptionem Dominica, subditis
suis è suggestu publicent, nemini deinceps
licere hujusmodi Biblia in linguam ver-
naculam translata legere, nec domi reti-
nere, nisi de expressa Vicarii nostri gen-
eralis, aut illius deputatorum, licentia in-
scriptis obtenta. Et si qui hujusmodi Bi-
blia habeant, & illa legendi facultatem
obtinuerint: Nihilominus illa suis P-
arochis intra octiduum examinanda repro-
ducant, alioqui absolutionem peccatorū
suorum non obtineant. Datum in Civi-*

tate nostra Leodiensi, sub signatura Vicarii nostri generalis, ac sigillo nostro. Anno Domini 1619. mensis Febr. die 2.

Sed excusant se aliqui, dicentes se non habere Biblia, sed solum Evangelia, aut Epistolas Pauli, aut novum Testamentum: & se illa legere non ad disputandum, aut dubitandum, sed potius ad solatium & confirmationem fidei, vel ad sciendum Evangelia quæ in Concione proponuntur. Resp. prætextus istos non esse sufficientes, quia lex generaliter prohibet, nisi ad sit licentia, propter certas causas, & pericula. Deinde cum prohibet Biblia, etiam prohibet partes illorum, sive Evangelia, sive Epistolas Pauli, sive alios libros novi Testamenti; quia eadem in omnibus ratio. Adverto tamè passim librum, *Judith, Esther, Tobia*, etiam pueris legere discantibus permitti; & in his fortè potuit consuetudo prævaluisse, quia libri isti historici sunt & morales, vix periculo obnoxii erroris inde captandi.

Ad

Adverte etiam, novissimè per declarationem Congregationis Interpretum Concilii Tridentini prohibitam esse omnibus lectionem Trident. Concilii in vernaculo idiomate; quæ declaratio in Leodiensi Diocæsi Decanis insinuata fuit auctoritate Episcopi, ut ea per ipsos Pastoribus innotesceret. *Actum id anno 1631.*

De Hæreticorum libris non legendis, dixi in *Tractatu de Pœnitentia*, ubi de casibus reservatis egi, ibique advertendum dixi in Bulla Cænæ prohiberi lectionem librorum hæreticorū sub excommunicatione, non tamē illa excommunicatione contineri audientes Conciones eorum. Vide ibi dicta.

§. *QUAERO. Quomodò agnoscet Parochus, Biblia aliqua esse hæretica?* Resp. Hoc cum Parochos concernat, quædam hic loca subijciemus, ex quibus maximè Biblia aliqua gallica agnoscentur esse hæretica.

Ex Gen. 37. 42. 44. *Descendam lugēs*

A 4

373

in infernum. Nam habent (*en la fosse*)
ne sinum Patrum admittant, sive Pur-
gatorium.

2. Ex Psalmo 6. *In inferno quis con-
tebitur tibi,* vertunt (*au sepulchre.*)

3. In Ps. 15. *Non derelinques animam
meam in inferno,* vertunt (*au sepulchre*)
ne Christi ad inferos descensum co-
gantur admittere.

4. Item Malac. i. v. ii. *In omni loco sa-
crificatur oblatio munda,* vertunt: *En
tout lieu est l'encensement offert,* ne ad-
mittant Missæ Sacrificium.

5. In lib. 2 Machab. c. 12. duo ultimi
versus sunt sublati: ne nimis eviden-
ter orationem pro defunctis cogantur
admittere.

6. In Matthei Evang. c. 6. Non ha-
bentur verba illa in Bibliis Catholicis
*Quia tuum est Regnum, & potentia, &
gloria in secula.* Hæc autem habentur
in Bibliis hæreticis dicto loco.

7. In cap. 15. Actorum omittuntur
illa: *Precipiens custodire præcepta Apo-
stolorum, & Seniorum.* Quibus Ec-
clesia

clesiæ præcepta servanda docentur.

8. 2. Pet. 1. v 10. Illa verba non habentur, *per bona opera*, quæ in Catholicis leguntur.

9. In Apoc. c. 14. *Opera illorum sequuntur illos*, legunt hæretica, & omittunt particulam *enim*, quæ habetur in Catholicis.

10 Apocalypsis adscribitur in plerisque illorum *Ioanni Theologo*, non Apostolo.

6. **QUAERO:** *Quid ager Parochus cum illis qui agitantur variis cogitationibus contra Fidē & Religionem, & quibusdā quasi blasphemis imaginationibus cōtra Christum, contra Virginem, vel Sanctos, contra Eucharistiam infestantur?* Res. Cum hæc illis sint involuntariæ, non debent multum angi. Nec ita hæc separari possunt positivè resistendo, sed potius contemnendo. Quapropter prudens Confessarius monere poterit pœnitentem nimis anxium, ut ne quidem illas confiteatur, cum certum est non fuisse consensum deliberatum

Sola enim via contemptus Dæmon
hac in re infestus solet vinci, & abscē-
dere confusus.

7. *QUAERO. An non censeatur tacitè
& in factò negare fidem, qui inter hæreti-
cos existens, carnes comedit diebus ab Ec-
clesia prohibitis? Resp. Comedere car-
nes ad vitandum periculum vitæ, vel
injustæ persecutionis licere Catholi-
cis inter infideles sive hæreticos: nam
lex Ecclesiæ non obligat cum vitæ pe-
riculo, aut gravissimo incommodo.
Neque comedere carnes propriè est
negare fidem, vel profiteri hæresim,
quocumque die fiat: quia potest sæpe
fieri etiam in die prohibito justa alia
de causa v. g. ob infirmitatem. Atque
hic & nunc non negatur fides, à Ca-
tholico in die Veneris cum hæreticis
comedente? sed diffimulatur, & cela-
tur justa de causa; nec tunc instat tem-
pus obligans ad confitendam fidem,
Aliud foret, si publica auctoritate ju-
beretur à Judice comedere carnes in
signum Catholicismi abnegati; quia
tunc*

tunc contemptus fidei urgeret ad non comedendum, & ad fidem firmiter profitendam. Sicut patet in exemplo *Eliazari l. 2. Machab. c. 6.* qui maluit mortem pati, quam comedere contra legem carnes prohibitas, ad quod urgebatur à Judice in contemptum legis: nec etiam voluit simulate se comedisse, ne scandalum daret. In simili casu ad idem teneretur Catholicus.

8. *QUAERÒ An non sit tacitè negare fidem, adire templa hæreticorū, interesse eorum concionibus & congregationibus? Aut quale peccatum sit?* Resp. Hic per se non esse professionem fidei hæreticæ, aut negationem fidei Catholicæ, potest enim id fieri ad eorum errores notandos; & redarguendos; potest & fieri alias ob causas justas. Exempli gratia: Famulus Catholicus illuc procedere potest, cum Domino aut hero suo hæretico ad ei obsequium impendendum. Sicut *Naaman 4. Reg. 5.* petit ab *Elizeo* ut sibi liceret Regi obse-

A. 7

quinta

quium præstare, adeunti templum Remmon, & ibi genua flectenti: solebat enim inniti adorans brachio Naaman. Hoc verò concessisse videtur Elizeus, dum ait: *Vade in pace.* Quapropter adire templa hæreticorum, eorum congregationi vel concioni interesse, si scandalum Catholicorum absit, & periculum propriæ perversiōnis, non videtur peccatum, si quis justam causam habeat aliundè; puta quod per hoc notabile damnum evadat, aut periculum vitæ sive persecutiōnis injustæ.

Adverte tamen Paulum V. motu proprio, occasione cujusdam Edicti Regis Angliæ, declarasse Catholicis in Anglia agentibus non licere templa & congregationes hæreticorum adire. Hæc verò declaratio super hoc innititur, quod Regis Edictum præcipiebat aditum templorum in symbolum Religionis, & ad dignoscendos Catholicos ab Hæreticis. Quapropter virtualiter censebantur à Judice in-

ter

terrogari tunc de fide, & tanquam signum abnegationis fidei erat, adire congregationes & templa Anglicana eratq; Catholicorum scandalum grave cum quispiam Catholicus ea adiret. Censebatur ergo tunc urgere obligatio confitendæ fidei, nec obediendi præcepto, quod in contemptum Religionis Catholicæ vergebat, simulque occasio scandali erat tollenda. Videere potes quæ dixi de signis quibus olim censebatur fides abnegari, *Horz. Pastor. Tract. 2. lect. 3.*

9. QUÆRO *An omnis superstitio sit mortale peccatum?* Respond. negativè: Nam quædam superstitio quæ est tantum superflui cultus, quædam etiam quæ vocatur observantia vana, potest esse venialis. Pro qua re adverte resolutiones casuum sequentium, qui sat frequentes sunt inter plebejos, maximè inter rusticos.

10. Quandoque præter morem Ecclesiæ ponitur Religio in quibusdam circumstantiis, vel rebus in quibus

non est ponenda. v g. in numero, colore, situ, ut tot sint candelæ, non plures; tot orationes dicantur; ad singulas orationes candelâ extinguatur; ut cera sit alba, non flava. In his & similibus non videtur plusquam veniale peccatum; ut notat *Navarr. c. II. n. 23. Cajet. V. Superstitio. Tolet. lib. 4. c. 14. Lessi. & alii.*

2. Observatio somniorum potest esse venialis, ratione simplicitatis personæ. Item quia licet fidem adhibere videatur somniis, putans ob illa sibi aliquid prosperum vel adversum fore, tamẽ non firmiter sed tenuiter credit. Nec propterea aliquid facit aut omittit, quod sit contra præceptum aliquod Dei, vel Ecclesiæ.

3. Si quis ita deditus esset observationi somniorum, ut passim illa in rebus agendis uteretur, non posset facile à peccato mortali excusari. Nam *Levit. 21.* expressè Deus prohibet: *Nõ augurabimini, nec observabitis somnia.*

Dæmo- aut

Dæmoni quoque occasio sese illis intermiscendi suggeritur.

4. Qui observant dies, credentes hunc esse felicem, hunc infelicem & tenent tales observationes tamquam regulas vitæ, non excusantur à peccato mortali, saltem post monitionem, Qui hæc solum observant quandoque, sed cum tenui fide, non videntur nisi venialiter peccare. Sic Sâchez putat solum veniale esse peccatum ordinariè, dum lusores chartarū loca mutant, ut abijciant malam fortunam; quia non credunt id firmiter. Et de similibus similiter judicandum est, Hinc etiam resolve casum de quodam Nobili mihi probè noto, qui numquam ad mensam suam volebat sedere tredecim tantum numero, quia sibi persuadebat unum eo anno moriturum, si præcisè eo numero essent assidentes. Hæc observantia plane vana est: unde illi firmiter adhærere: puto non posse excusari à gravi peccato; ob tenuem autem hic fidem, esse potest veniale.

I. Qui

5. Qui observant eventus fortuitos, ex quibus conjectant aliquid alicui feliciter vel infeliciter eventurum peccant vana superstitione; sed ordinariè non videtur plusquam veniale: tum quia fides omnino certa non adhibetur; tum quia à majoribus se ita accepisse dicunt, nec apprehendunt id ut graue malum; tunc quia hæc ad causas sibi ignotas referunt. Sic ex occurſu quorundam animalium, canis, felis, vulpis, corvi, solent indicare aliquid felix vel infelix obventurum; sed sæpe vanissimè & stultissimè.

6. Est observatio sanitatum, quando adhibentur verba, vel signa ad curandos morbos, sive hominum, sive animalium: quæ naturaliter, vel ex divino, aut Ecclesiastico instituto nullam ad id vim habent. Licet vero quidam ratione bonæ fidei, vel ignorantia excusentur: non video tamen quomodò hi excusari possint à mortali, qui post monitionem Parochorum, vel privatim, vel publicè factam, non de-

desistunt. Cum in his tacitum quod-
dam pactum cum Dæmone interve-
nire soleat, res gravis censeretur debet.
Sed de his fusè dixi in *Horto Past.* super
Præcep. 1. Decal. Vide ibi dicta lect. 2

10. QUÆRO. *An liceat amovere signa
maleficii, ut Dæmon non noceat?* Resp. 1.
Non licet illa signa tollere novo ma-
leficio, imò nec maleficio ad id ro-
gare, vel paratum & sese offerentem ad
id acceptare Hoc enim est vel induce-
re, vel cōsentire peccato Resp. 2. Licet
illa signa tollere & destruere absq; ma-
leficio. Est communis sententia Do-
ctorum. Imò licet illa ponere, qui-
bus positus expirat vel destruitur pa-
ctum prius. & Diabolus desinit noce-
re, vel certè priora signa vim suam a-
mittunt. Ita *Less. lib. 2. c. 44. dub. ult* Ra-
tio est, quia licitum est aliquid facere
non ex pacto novo cum Dæmone, aut
expectando beneficium ab illo, sed ob
inimicitiam evertendo pacta ejus &
impedimenta quæ posuit. Hinc resol-
vuntur hi casus quotidiani

1. Si

1. Si Saga te tangit ut inficiaris, & percutiendo impediatur nocumentum, id tibi licitum erit, siue quia Dæmon statuerit tunc non nocere, siue quia tunc signum veneficæ non est tale, quale ipse requirit.

2. Dum quis est infectus à Saga, dicitur cessare nocumentum, vel reddi inefficax, si infectus det illi panem & salem, vel ab illa panem accipiat; id si verum est, licitum erit: Quia cum forte statuerit Diabolus his positus nō nocere, mihi licitum est aliquid facere quod sit indifferens, ut ejus pactum expiret. V. Less. supra latius in genere ista explicantem, & in particulari hos duos casus per modum exempli ponentem Experientia vel confessione maleficarum potuit agnosci Dæmonem desinere nocere his casibus.

II. *QUAERO An omnes Saga debeant dici peccato hæresis vel infidelitatis infecti, quandoquidem adorare dicantur Dæmonem in forma hirci in suis Sabbatis & conuentibus, expungere caracte-*

rem

em Baptismi, vel illi renunciare, susci-
piendo characterem Diaboli, Eucharistia
ad sortilegia abuti, & similia que ab hæ-
resi vel infidelitate procedunt? Resp. hæc
etiam posse ex alia passione procedere,
ex metu & timore verberum, & aliunde.
Vnde quando non procedunt ex errore
intellectus, non est hic censenda hæresis.

12. **QUAERO.** An sit licitum quod duo
inter se paciscantur, ut qui prior defun-
ctus fuerit, alteri appareat, & statum
suum aperiat? Resp. id ordinariè lo-
quendo non licere; tum quia vel culpa
curiositatis hoc vix carere potest; vel
quædam etiam Dei tentatio interve-
nit, dum volunt scire per media ex-
traordinaria quid in altera vita al-
teri contingat. Denique, quia est
periculum, ne dæmon inde rapiat
occasionem decipiendi; non enim
infrequenter sese immiscet his ap-
paritionibus, quæ animarum putan-
tur apparitiones. Quod si aliquando
legitur factum in historiis Ecclesia-
sti-

sticis; vel Dei speciali instinctu factum est, vel per bonam & simplicem pacientium fidem excusandum est.

13. *QUAERO. Quomodo discernendi spiritus apparentes, an boni sint an mali.*

Resp. Aliquot regulas probabiles Theologis hic proponi. *Primò*, ex exemplo Josue, magna fiducia interrogandus est initio. *Num noster sit, an adversariorum?* *S. Athanas. in vita S. Antonii.*

Si autem fuerit à Deo, timor vertetur in i

mox in consolationem & gaudium; jam

verò formido gravis permanferit, spiritus

ritus malus videtur. Sic Angelorum apparitiones olim primò visæ sunt cum

aliquo terrore, at postea placidos reddiderunt eos quibus apparuere. *Secundò*, nihil promittendum his spiritibus

si quippiam exigant, nisi dicendo se prius dam

velle consilium inire cum piis, & maxime cum Pastore proprio, aut Confessor

fario: quod si dissuadeat, ne cuiquam reveles quod communicavit, omnia suscepta sunt. *Tertiò*, si superstitiosas aut curiosa, aut falsa & contra sanctorum

ufactum doctrinam, aut in speciem mala tibi
 suadere conetur, Dæmonem esse judi-
 ca *Quartò*, si exhorret ad signum Cru-
 cis, aut nomina Sanctorum, aut res san-
 ctas, idem cense. *Quintò*, non facilè
 præsumitur bonus spiritus, qui non in
 forma humana, sed belluæ alicujus, aut
 in extraordinaria aliqua deformitate
 appareat. Interdum tamen in forma co-
 lumbæ apparuisse animas legimas, &
 in illa non apparet Dæmon. *Collige* et-
 jam Dæmonem esse, si immanem stre-
 pitum non nisi ad terrorem & mole-
 stiam excitet, nam vix damnatæ ani-
 mæ egredi sinuntur. Gemitus verò &
 suspiria servire possunt etiam animabus
 de purgatorio venientibus, nisi impa-
 tientia juncta sit, vel quid simile, quod
 se præ damnationem arguat. Quod si nocu-
 mentum & damnum viventibus affe-
 conferant, censentur potius Dæmones esse,
 uiquaq; uam animæ.

Ex his collige, quid dicendum de qua
 stitioſa apparitione paucis ab hinc mensi-
 bus apud nos. Pueru duodenni in a-
 do
 gris

gris pecora pascenti apparuit mulier flexis genibus orans in veste candida quæ se dicebat aviam defunctam quatuor ab hinc annis; & ei plane in lineamentis similis erat, & ut talem puera gnoscebat. Petebat autem fieri duas peregrinationes, unam in vicinia Sacellum Beatæ Virginis; prope Mariæburgum; alteram ad B. Virginem dictam de Fide, prope *Dionantum*; seque aiebat voto ad hæc obligatam: & addebat proxima Dominica primam debere fieri, alioqui se quinque annis adhuc in Purgatorio mansuram. Puera indiscretè promisit se cum Matre eperacturum. Quo non obstante adhuc ei apparet altera vice, & die altera? tunc que multa interrogat de matre, de avunculis, an maritati sint, an adhuc vivant, &c. Tertia vice apparens post aliquot dies, puero offert duo pira ubi signum Crucis puer jam edoctus fecit, ceciderunt ibi pira & mox evanuit. Quarta rursus vice apparuit post dies aliquot, at post signum Crucis etiam

etiam illicò disparuit. Itaque licet in candida veste apparuerit, & quasi flexis genibus & manibus complicatis orans, ac postea non nisi rem bonam, nempe peregrinationes fieri, & Missam celebrari petierit; Tametsi cum ad Crucis signum bis disparuerit; & cum pira præsentarit, quæ & ibidem cecidere facto signo Crucis & multa curiose interrogarit, non est censenda fuisse anima Purgatorii, sed deceptio Diaboli.

Hoc interim hic rememoramus, quando quis vovit sine temporis præfixione, non posse, sine justa causa, diu differre ad impletionem voti, nisi cum periculo gravioris peccati. Hinc Deut. 23. *Si votum voveris Domino, non tardabis reddere, quia requiret Dominus tuus illud; & si moratus fueris, tibi reputabitur in peccatum.* Hoc etiam Sapientes Gentiles significaverunt, dum dixerunt non satisfacere promissis & voto naufragii, qui non suspendit vestes, quas è naufragio

gio

gio tulit, exemplo Neptuni, antequam illas exsiccat. Voluerunt docere propriam pietudinem in votis Deo solvenda, cuius favore è calamitate eruiunt. Hæc Dixerim ob mulieres, quæ vovent multas peregrinationes, & per annos tardantes.

24. *QUAERO. An non sint superstitiosa peregrinationes quandoquidem* *cat. S. Pet. ep. i. c. 4. Charissimi, non peregrinari in fervore qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat?* *R.* certum est peregrinationes ad loca sacra pias esse ex se, & ab Ecclesia approbatas, Infulsè ergò, & innotèter, vel malitiose: hoc S. Petrus monitum cõtra illas torquent hæretici. Nam peregrinari ibi idè est quod admirari, ut patet ex Græco; & sententia est: *Nolite admirari, & quasi re novè & insolenti ac peregrina percelli ac perturbari, in fervore, sive ut Græca habet in uestione, afflictionum & adversitatum qua ad tentationem vobis cedit, id est probationem, explorationem: & purgationem.*

nem. Non enim est novum & peregrinum Fideles & pios tentari & tribulari, sed ab initio sic factum est; & per hoc cum Christo communicatis in eius passionibus. Rejiciendus ergo est ille sentus, qui etiam attribuitur Areolo: Ne leviter discurratis abrepti fervore quodam voluntatis, imaginantes vos alibi aliquid novi reperturos.

15. *QUAERO. Quam circumstantia in peregrinationibus censeantur superstitiosa? Resp. in quibusdam peregrinationibus ad obtinendam sanitatem per Sanctorum quorundam invocationem ordinatis multa solent praescribi, quae aliquibus videri possunt vel parum pertinentia, vel etiam superstitiosa. Sic in peregrinatione ad S. Hubertum pro sanitate contra morsus animalium rabidorum, post stolae sacrae particulam fronti insertam, praescribitur eis ut pecten capiti non admoveant per 40. dies; ut soli in lecto cubent; ut in hincis cubent recens lotis & mundis; ut in vitro suo particulari vel scutella edant vel bibant;*

B

bant;

bant; ut certis cibis abstineant; ut vino non mero, sed diluto utantur, vel aqua sola; ut non bibant ad fontem se illi incurvando, & illum inspiciendo, & similia. Sic & in aliorum Sanctorum visitatione alia observantur his non ab similia; *V. fusè Robert. in vita S. Huberti.* An non videri hæc possint superstitionem sapere; Sed *Resp.* Quando hæc ex antiqua traditione observantur, à Viris religiosis & eruditis, ab Episcopis vel Pastoribus accepta & approbata, & quidem in conspectu totius Ecclesiæ Catholicæ continuò observata, Domino confirmatè hanc observantiâ curationis per subsequentiâ signa & miracula: ipsum antiquitatis testimonium sufficit vel cælitus edocta hæc observatio censerî debeat, licet ignoremus singulorum rationem, quam Deus potius vult nos admirari & venerari Christiana humilitate, obedientia, & pietate, quàm curiositatis prurigine nimium indagare, vel contemnere. Qui a multa sunt in similibus

quæ

quæ habent suas rationes, vel naturales, vel mysticas, quas non plenè & perfectè penetramus.

Sed *quæres*, cur hic dicamus intervenire rationes naturales in accurata observatione quarundam circumstantiarum ad obtinendam sanitatem, quandoquidem dicamus eos miraculosè sanari Sanctorum intercessione? *Resp.* quia in sanitatibus dandis vult Deus naturalia etiam subservire miraculo supernaturali, ita ut præscribat quædam à natura vim quamdam habentia, licet à supernaturali auxilio beneficium expectetur. *Valesius Sacra Philosoph. e. 38. & 39.* Sic licet miraculosè sanare decernat *Ezechiam regem*, tamen vult ulceri ejus applicari massam ficorum, quam multi Medici dicunt habere vim ad emolliendū ulcus pro suppuratione, ad discutiendum tumorem, ad extergendum. Si licet velit sanare cælitus *Tobia* cæcitatem, vult tamen applicari fel piscis, quod ad abstergendas albugines utile esse

dicitur. Similiter vult *Naaman* sanari miraculo à lepra, præscribit tamen septies lavari in fluvio, quia aqua fluvialis etiam ad id conducit. Sic & Vas novum cum sale vult mitti in aquas, ad sanandam corruptionem aquarum Jerico. *Elizeum* vult incumbere super puerum, ut caro ejus calefiat, qui non nisi in calido corpore habitare solet anima. An non vides in his multis circumstantias, quæ videri possent otiosæ, vel superstitiosæ? Non ergo facile condemnemus circumstantias aliquas in sanitate per intercessionem Sanctorum impetranda à probis & timoratis observari solitas, maxime si sint ex præscripto eorum qui præsumunt locis ubi illi Sancti coluntur. Oportet enim hic sapere sed sapere ad sobrietatem. Quis non admireretur, quod is qui fuit curatus per particulam Stoli frontis insertam, à rabidi canis morsu & ab ipsa rabie, alteri simile morsu passo possit indulgere quadraginta dies, idque & iterum, & sæpius, & quoties opus

opus fuerit; ita ut rabiem vel aliud dā-
num non incurrat iste, etiam si differat
peregrinationem ex alterius indulto.
& Vas Certè ei qui Stolam fronte exceperit?
hic videtur dari potestas patrandi id
miraculi, quicumque is fuerit, sive mu-
lier, sive vir, sive juvenis, sive senex,
sive laicus, sive Sacerdos.

16. *QUAERO. An sit superstitio No-
vennam, sive Novendium, impendere in
honorem Sanctorum? Cur potius novem
dies quàm septem, vel saltem octo, quan-
do quidem Octavam publica solemnitate
in eorum honorem celebret Ecclesia? R.
non esse necessarium hujus præcisè
numeri rationem reddere, quamvis
nō desint etiam mysticæ rationes quæ
hic considerari possunt, sive ob novem
menses quibus Maria Christum gesta-
vit, sive ob Choros novem Angelorū
Deum jugiter laudantes: hoc nobis
sufficiat, quod ipsimet Sancti hunc
impleverint dierum numerum in sa-
cris gravibusque negotiis. Sic lego S.
Theresam (in cujus festo die hæc scri-
bo)*

bo) novendium sibi statuisse in honorem *S. Hilarionis*, ut ab illusionibus tuta ejus foret patrocinio, in revelationibus divinis, quæ frequenter ei obtingebant. Sic etiã in vita *Casparis Barzei. lib. 2. cap. 8.* lego, novendium elegisse orationis & pœnitentiæ, ut lucraretur Deo quemdam Lusitanum à se aversum, & eum saluti redderet, & ad cor reverti faceret. Quod quidem salubriter effecit. Sic & in vita *S. Marculphi* refertur, Gallix Reges Christianos solitos Novendiale agere in loco ubi eius sacre asservantur Reliquiæ, ibique strumas sanandi beneficium & donum accipere. Atque ipsi ægri strumis & scrophulis laborantes, novem dies ibi peragunt, certo ritu utentes, certisque cibis abstinere jussi: Allia, pisa, carbubala, anguillæ, & similia eis prohibentur. Videri potest *Renatus Benedictus Theol. Doct. in vita S. Marculphi.*

27. *QUAERO An non sit superstitio in peregrinationibus, dum novem diebus*

Ora-

Oratio Dominica & Salutatio Angelica recitatur, sed sic ut primo die novies, secundo octies, tertio septies, & sic deinceps minvente se numero recitentur? An. non & similiter, pro novendio diminueret candelulas quas accendunt de die in diem, conformiter ad orationes? Resp. potuisse id introduci per aniles & vanas observationes, ut alibi dixi. Si tamen alicubi id ex quadam traditione antiqua à piis & doctis Pastoribus approbata, vel scita ab Episcopis, observatur non condemnarim, quandoquidem & in libro Num. c. 13. v. 13. jussit Deus offerri sibi vitulos de armento tredecim, tum duodecim, postea undecim, decem, novem, octo, septem, ac denique omni numero omisso, unum. Cujus rei quis plenam poterit rationem reddere? Similiter & hic non est necessarium rationem perfectam exposcere, si, ut dixi, originem esse ipsam & sacram in hac cæremonia antiquitas proborum & doctorum affirmare censeatur.

18. *QUAERO. An iuvenes vel iuvenēcula possint excusari, quae ubi turpi amori succubuerunt, dicunt se non potuisse resistere, sed existimare sibi aliquod maleficium factum, vel philtrū porrectum? R.* licet Dæmon multa hic possit, sensus interiores & exteriores commovendo variis & occultis modis, non potest tamen cogere hominis voluntatem, & ideo potest homo semper resistere, & ejus potestatem elidere, ac peccatum vitare. Unde illud S. Gregorii hic notandū: *Dæmon dum ei initio resistitur formica est; si nō resistitur, fit leo.* Quam cum semel per negligētiam & consensum accepit potestatem, miro modo agit hominem. Nam in his amatoris maleficiis non solum agit per philtrum, quod porrigit & deglutiri procurat, sed etiam per pulverem corpori vel vesti aspersum; quo signo posito personam commovet, illusionē phantasmatum turbat, denique & partim dementat. Huc spectat illud Baruch.

& Mulieres circumdatae funibus in viis se

den

dent, succedentes ossa olivarum; cum autem aliqua ex illis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proxima sua exprobrat, quod non sit habita digna sicut ipsa, neque funis ejus disruptus sit.

Olivas succendebant maleficio amatorio imprecantes sic insano amore sui viros succendi, ut explicant *Delr. Malder, & alii.*

19. QUÆRO. *Quid de maleficio per ligaturas ad impediendam copulam conjugalem? Resp.* esse gravissimum peccatum, ut explicui in *Horto Past.* super 1. *Præcepto lect. 2.* ubi etiam dixi hæc maleficia habere varias formulas ex Dæmonis placito pendentes; cui multa à Deo permittitur potestas super instrumenta generationis, potius quam super alia hominis membra, quia per illud membrum corruptio peccati in nos venit per actum generationis. Et quia effrænis libido sæpe ad generationis actum pronuba esse solet, potestatem facit dæmonio, ut monuit Angelus *Tobiam.* Interim huic malo per

superstitionem obviare non licet. Sic omnino esse existimo superstitiosum ligaturæ maleficæ obviare, mingendo per anulum sponsalitiū, quod alii qui rustici faciunt; est enim ejus benedictionem quodammodo conspurcare. Alia remedia spiritualia præscribunt Pastoralia, quæ si magna fide suscipiantur, planè profunt.

20. *QUAERO, Quomodo superstiti agnosci possit generali Regula in verbis adhibitis ad aliquem effectum? R. quædam verba adhibita; vel aliæ res, non habent naturalem ad id virtutem ad quod adhibentur, vel supernaturalem ex Deo aut Ecclesiæ instituto, semper est peccatum saltem implicitum cum Dæmone. Hinc condempna peccati mortalis saltem post monitionem. Primo, veritas sanantes dolorem oculorum (quem vocant vernaculè, *Le Fleur* & *le Brobon*) oratione quadam vanissimâ. Secundo opiliones qui à scabie, vel lupis, & aliis incommodis tutantur gregem quibusdam verbis. Tertio Fa-*

bro
bis
vel
sò, q
qui
San
res,
yago
ptio
fort
his,
exca
min
CA
I. C
Prace
scien
esset
catun
terun
tum.
2. A
cui al
brog

broſ Ferrarios, qui ſanant equos ver-
bis prolatis ex Oratione Dominica,
vel ex Pſalmis Pœnitentialibus *Quar-*
to, qui ſanant febres chartulis. *Quinto*
qui cribrum vertunt cum nominibus
Sanctorum ad deprehendendum fu-
res, *Sexto*. qui conſulunt erroneos &
vagos homines, quos vocamus *Ægy-*
ptios, ut ex illis ſciant bonam ſuam
fortunam, illiſque fidem adhibent. Ex
his, de aliis judica. *Septimo* milites qui
excantant arma, vel ferunt Alta No-
mina.

CAP. II. *Resolutiones concernentes*
Præceptum Secundum Decalogi.

I. **Q**VAERO. De quibus interrogan-
dus ſit Pœnitens circa ſecundum
Præceptum *2. 1.* An juraverit aſſertivè
ſcienter falſum, vel ſaltem dubitans an
eſſet falſum; Vtrobique autem eſt pec-
catum mortale. Similiter ſi induxit al-
terum ad jurandum falſum, vel incer-
tum.

2. An non juravit promittendo, ali-
cui aliquid; & poſtea non adimplevit
illud

illud cum posset? Tunc etiam peccatum est mortale; si res sit notabilis. Similiter si juravit, non intendens adimplere; tum quia decipit in re graviter, tum quia gravis irreverentia est erga Deum, eum in testem invocare, sine animo exequendi.

5. An non juravit aliquid facere quod esset illicitum facere, v. g. vindicare se de aliquo, percutere eum, & similia? Tunc si malum quod jurat, est mortale peccatum, jurando peccat mortaliter, si veniale venialiter: & si adimplet, peccatum peccato adjungit.

6. An non juraverit aliquid, quod quidem esset verum, sed nulla erat necessitas jurandi? Tunc est solum peccatum veniale.

2. *QUAERO. An haec sint juramenta Per fidem meam, fide boni viri, fide boni Christiani, fide boni Sacerdotis, aut Religiosi? Resp. ut ordinariè accipiuntur non esse juramenta. Nam qui sic loquuntur, non intendunt jurare; sed solum significare se loqui ex virtute*

fide

fidei, seu veritatis, quam vir probus, aut Christianus, aut Sacerdos, vel Religiosus in dictis suis adhibere debet; ita ut si fallat, jam non habeatur verax aut fidelis. Aliud foret, si quis juraret, *Per fidem Dei, per fidem Catholicam, per suum Sacerdotium, aut Religionem:* quia tunc censeretur invocare Deum quasi fidei Catholicæ, vel sui Sacerdotii & Religionis auctorem. Similiter non est juramentum dicere: *Per meam conscientiam, vel in conscientia, in veritate.* Significant n. tantum tales, se loqui ex conscientia & veritatis notitia. Et si ve dicas *in conscientia & per conscientiam,* idem videtur. Videtur autem esse juramentum, si quis dicat: *Super animam meam, vel per animam meam.* Idem enim videtur id significare, ac si dicat: *Pereat anima mea, nisi ita sit.* Atque olim in veteri Testamento quoddam juramentum erat: *Vivat anima mea.* Sic & apud Apostolum juramentum est 2. ad Cor. 1. *Testem inwoco Deum in animam meam.*

3. **QUAERO.** *Quid dicendum de more*
C
rusti-

rusticorum confitentiū se iurasse & blasphemasse? At interroganti quomodo iuraverint, dicunt se hæc aut similia pronuntiassse: Bougre, Charogne, Morie, Diabole, &c. & id quidem ut plurimum circa sua pecora. &c. instruendi hi sunt, hæc non esse propriè juramenta, sed verba impatientiæ, maximè si dicantur circa animalia; nec ordinariè excedunt peccatum veniale. Si autem circa humanam personam versentur, quandoque cum impatientia simul injuriam & scandalum similia verba involuunt, non sine gravi culpa. Hoc autem pendet tum ex animo quo similia pronuntiant, tum ex qualitate personæ, in quæ talia verba intorquentur, tum ex aliis circumstantiis; de quibus prudenti Cōfessarii est, judicare, ut dignoscatur an culpa sit mortalis, & injuria gravis vel ex animo & intentione dicentis, vel ex modo, vel ex personis. Nam inter personas viles vix hæc reputantur mortalia, & vix æstimantur, nisi aliud est alia circumstantia judicetur.

4. *QUAERO. Quid dicendum de mortali*

Nobis

Nobilium quorundam, qui ad singula fere quæ pronunciant, solent verbum, *jure*, intermiscere? Sic Galli Nobiles sæpissimè habent in ore, *je vous jure*, dum aliquid volunt asserere; item illud frequenter, *par Dieu*. R. hæc plerumq; sine juramento pronuciari; quia licet verba juramentum præ se ferant, non tamen intèdunt illi jurare. In juramento autem non tam ponderanda verba, quam intentio. Sicut ergo communi sermone dicimus: *Ego promitto hoc me facturum*, solum significantes animi nostri propositum, sine voluntate strictioris obligationis: Sic hi plerumque verbis istis, *Ego juro*, non intendunt Deum in testem vocare; sed *juro* ipsis solum significare idè quod firmiter assero. Est tamen mos iste reprehensione dignus ob periculũ quod involvit. Similiter & illud ad singula fere usurpare, *per Deum*, ut Gallis est commune, licet cum intentione jurandi non habeatur conjunctum, pravæ tamen est consuetudinis, & à Christiano ore omnino ablegandum.

5. *QUAERO. An possint excusari à peccato mortali illi Nobiles, vel Aulici qui dum simul ambulaturi procedunt, jurant se non ituros ad dextram, se primo loco non assessuros, se primò non introituros, &c. At postmodù victi aulicismo & invitatione, assident primi, ingrediuntur primi, &c. R. videri hos posse excusari, tum quia quandoque non intendunt jurare, & fiunt hæc sine consideratione juramenti; tum quia licet jurent, suum tamen juramentum intelligere sic celsentur: Quantum in me est, non procedam primus, non sedebo primus, nisi scilicet cogar tua voluntate, aut comitate*

6. *QUAERO. Quale peccatum sit, jurare per mortem, per Sanguinem Dei, per Caput Dei, &c. R. jurare aliquid illicitum his sacris adjurationibus, gravissimum esse peccatum: prout solet fieri in rixis & contentionibus, dum ibi jurant se vindicatuos, se occisuros alterum, aut alia injusta comminantur his verbis: Per Sanguinem Dei, per Caput, per Mortem id faciam. Cajet. in sum. Vide Blasphemia. si autem similia*

verbi

verba usurpent ex impatientia, aut passione, non tamen jurādo falsū quippiam aut illicitū, non ausim condemnare peccati mortalis. Est tamen gravis irreverentia, tempore iræ & impatientiæ Sacra hæc ore temerario usurpare, quibus nostra redemptio est perfecta.

7. *QUAERO. Quale peccatū sit dicere, hoc est tam verum quàm Deus, vel quàm quod sit unus, vel quàm quod Christus sit in Missa?* R. In rigore loquendo, sive verū sit quod affirmatur, sive non; non posse istas comparationes veritatem habere; nā veritas dicti nostri non potest esse tanta qualis est divina, vel veritas alicujus articuli fidei. Unde alibi dixi hæc à Christiano ore esse penitus eliminanda. *Vide Azorium.* Quia tamen plebei & rudes dum similes comparationes faciunt, non intendunt aliud dicere, quàm omnino verissimum esse quod asserunt; non statim asserere oportet eos in hac re peccare mortaliter, si veritas certa eorum dictis inest,

8. **QUAERO.** *Quid dicendum de cōsuetudine blasphemandi, qualis reperitur inter milites & alios homines dissolutos, maximè in ludis & rixis?* R. Si desit advertentia plena; etiam si cōsuetudo adsit blasphemandi, non cōmittitur peccatum mortale, Quia advertentia ad peccatū omnino requiritur, ut sit plenè voluntariū: & undecumq; defectus illius sit, excusat à peccato. Sicut quando adest advertentia plena, etiam si quis blasphemet ex subita passione, & statim pœniteat, non desinit esse peccatum mortale. Cōsuetudo a. blasphemandi tunc inducit culpā, quando est conjuncta cum voluntate blasphemiae directae vel indirectae, seu interpretativae. Cēsetur a. interpretativa, cum quis non aufert occasiones. Exempli gratia Si quis ex ludo habeat occasionem blasphemandi, quando id advertens voluntariè ludit, censetur dare causam blasphemiae, & sic interpretativè eam velle. *Tolet l. 4. c. 12.* Quod si verò quis nitatur se corrigere, & occasiones auferre, licet ob consuetudinem reinci-

dat

dat ex non plena advertentia, cum hoc ei non sit deliberatum, & plene voluntarium, non potest esse nisi veniale peccatum.

2. *QUAERO. Quid dicendum de iuramenti comminatorii Parentum erga filios, vel herorum erga famulos, v.g. Iurant se illos castigaturos, & postmodum non faciunt? Similia iuramenta ex communi interpretatione & recepta consuetudine continere tacitam quandam conditionem, vel restrictionem hanc aut similem: Nisi nascatur inde gravius incommodum, nisi veniam deprecando impetraverint, nisi aliud expediens visum fuerit, &c.*

Imò *adverte generaliter*: Quando promissio aut propositum de re bona habet tacitam, aliquam conditionem, vel ex dispositione juris, vel ex mente loquentis, vel ex recepta consuetudine, etiam iuramentum illi appositum censetur habere illam conditionem. Exempla aliquot subijcio, ex quibus alia poterunt agnosci.

Casus. I. Tu jurasti puellam ducere

C 4

in

in uxorem. Si ipsa postmodum fornicetur, aut morbum incurabilem, aut paupertatem, aut infamiam incurrat non teneris. Quia sic tacite intelligitur iuramentum tuum, etiam ex dispositione juris.

2. Iurasti servare promissum alicui & ipse etiam tibi aliqua promissa fecit, quæ postmodum non servat: tunc necti teneris iuramento, quia tacite hæc involvitur conditio: Iuro ei servare promissum, nisi & ipse suum violaret.

3. In ita pace cum inimico, iuras non nociturum: intelligitur, nisi per novam offensam occasionem dederit.

4. Iurasti servare statuta Capituli. intelligitur quæ sunt in vigore. & quæ sunt alicujus momenti, atque ex vi iuramenti in usu. Nec enim quis intendit tam graviter se adstringere ad ea quæ non servantur, vel quæ sunt minima.

5. Inquisitus ab illis qui locum tenent Iudicis, iurasti dicere quicquid nosti in ea causa: intelligitur, si secundum

cundum ordinem juris interrogeris. Nam quæ sunt occulta, de quibus nec præcessit semiprobatio aut infamia, detegere non teneris.

Postremo: Sicut promissio rebus notabiliter mutatis non obligat, sic nec juramentum illi additum.

10. *QUAERO. An obliget juramentum cui dolus vel error causam dedit?* Resp. plerique Theologi & Jurisperiti non obligare. Ratio esse potest, tum quia ubi dolus est, excluditur voluntas, tum quia juramentum non obligat extramentem & intentionem jurantis; jurantis autem intentio non videtur esse se in tali casu obligare; nam mens ejus tacite repugnat. Hinc resolvuntur casus sequentes.

Cas. 1. Si puella dolo inducta est à fratribus, ut renunciaret cum juramento hæreditati paternæ pro certa dote: Si postmodum hæreditas multo pluris valere agnoscitur, non teneretur juramento.

2. Juramento quis promisit emere domum Petri, quia persuadebatur ei esse

esse bona: postmodum deprehendit
fundamentis notabile vitium. Non
netur stare juramento.

3. Vendidit quis domum suam,
juramento promisit stare contractu.
Sed postmodum deprehendit se gra-
viter læsum potest agere ad supple-
tionem pretii: quia jurando non
tendit cedere jure suo, si deceptus
set in pretio. Sic de similibus judica-

4. Jurasti celare secretum, quod
ibi vult quis committere; intelligitur
nisi alteri noceat; unde si postmodum
deprehendis graviter alteri nocere
non teneris celare.

II. *QUAERO. Quid sit juramentum
calumnie, quod à litigantibus solet
quiri? De hac re vide quæ dixi in Ca-
delab. mystico Tract. 5. ubi explicui quod
Perjurium, & quando sit casus reser-
vatus, in casus 18. inter reservatos.*

12. *QUAERO. An possit quis jurare
eundem mentem suam verum, secu-
dum autem mentem poscentis falsum
ita ut ambigüè loquatur, & amphibolo-
gicè, ut vocant? Item an possit jurare*

uti restrictione mentali? & posse quem
 uti locutione ambigua, & secundū sen-
 sum suum vera, licet aliter is cui jura-
 tur intelligat, quando injustè cogitur
 ad jurandum, & habet justam causam
 celandi mentem suam puta ad vitan-
 dum aliquod damnum. An verò tunc
 possit restrictione mentali uti, duplex
 est sententia Theologorum & Cano-
 nistarū. *Alii* enim negant, inter quos
Sotus, Cajet. Aragon. Sylv. *Alii* affir-
 mant, inter quos *Navar. Tolet. Valen-
 tia. Less.* De hac re doctiss. Opusculum
 consule *Rever. Io. Malderi Episcop.*
Antwerp. quondam in Theologia
 Professoris mei, cui titulum dedit de
 restrictione mentali. *Resp. 2.* Quan-
 do quis se offert ad jurandum, vel legi-
 timè à Judice compellitur, & interro-
 gatur servato ordine juris, peccat
 mortifere, si alieno sensu juret, fallens
 interrogantem. Quia pervertit justum
 iudicium & justam obedientiam in re
 gravi non adimplet.

13. *QUAERO. Quale peccatum com-
 mittant Mercatores, qui jurant sibi*
 C 6 *mer-*

*mercem tanti constare, sed alio sensu
quàm emptor intelligat? Solent se excu-
sare tales, dicendo se aliter iustum pre-
tium non posse obtinere. R. tunc non vi-
deri peccatum mortale. At censendus
esse mortale, si hac ratione intendunt
decipere, & extorquere supra iustum
pretium: aut si hoc modo extorque-
ant pretium summum, quod alioquin
emptor non daret; vel si alia ratione
fiant causa gravis damni.*

14. *QUAERO. Quid de juramento eo-
rum qui adhibiti sunt custodes sylva-
rum, jurantque deferre ad Dominos
vel officarios, si quos invenerint da-
num sylvis inferentes, ut mulctentur
pœnis constitutis? Quæro, inquam, an
hi teneantur quemlibet deferre? Ra-
tio dubitandi est, quia quandoque exi-
guum omnino & fere nullum reperit-
tur damnum, mulctæ autem exiguntur
gravissimæ, v.g. decem aureorum.
Sic quandoque reperiunt pauper-
culum duo vel tria ligna colligentem
quandoque aurigam qui ob difficulta-
tem præfracti itineris aliquantum cur-
rum*

rum ad latus deflexerit, exiguo & fere nullo cum damno. Et tamen hi deferuntur, mulctisq; gravibus opprimuntur; dicunt verò isti custodes, se debuisse satisfacere juramento. Resp. Non videtur obligatio tales accusandi, quando est periculum gravis mulctæ; nam licet juramentum eorum sit generale quoslibet deferendi & mulctandi, intelligi tamen debet secundum rationabilem mentem & voluntatem Domini vel Principis. Rationabilis a. voluntas non videtur esse, ut gravissimo damno afficiatur, qui nullum vel levisimum detrimentum attulit, idque semel, aut iterum, aut quasi ex accidenti; nam ob consuetudinẽ, aut frequentiam actuũ, justũ esset deferre, & eos graviter mulctare, tum quia paulatim increfcit damnum, tum quia via aperitur aliis ad simile quid audendum contra justam & rationabilem voluntatem Domini. Ideo ut alii terreantur, juste potest multa exigi ab eo qui videtur parvi pendere edictum pœnale, & aliis similem causam dare, licet graviter nõ offende-

rit. At experientia comperrū est, quod hi quidem custodes quandoque culicem colant, camelum verò glutiant, dum insciis Dominis compositionem ineunt sibi lucrosam, cum iis qui graviter damnosi, & oculos claudūt quasi nescii, nec inquirunt in eos: alios verò leviter & fortuitò transgredientes opprimunt.

Quæres an tales teneantur ad restitutionem damni quod infertur Dominis? R. teneri quādo res est magni momenti, & Dominus iusta ratione invitatus, ut jam diximus, si enim pauperi aliquid exiguum quis permittat, non tenebitur. Cur autem in gravi damno teneatur, ratio est, quia ob custodiam stipendium accipit, & sic lege justitiæ tenetur impedire damnum.

Quæres iterum si mulcta imposita sit, & non accusent, tenentur ne ad illam mulctam? R. non teneri. V. Less. l. 2. c. 13. dub. 10. Navar. c. 25. n. 34. Idem dicendum de his qui habent curam ne merces exportentur sine vectigali soluto. Tales si non accusent eos qui exportant;

tant, tenentur de damno, sed non de multa.

15. **QUAERO.** *Quomodo posset relaxari iuramentum?* Resp. 1. Iuramentum factum in alicujus favorem potest ab ipso relaxari. Resp. 2. Iuramentum factum in Dei gloriam, potest quisque commutare in rem apertè meliorem. Resp. 3. Iuramentum quod de re indifferenti est, vel quod vanum est aut quod postea non decet facere, non obligat. Resp. 4. Episcopum in iuramentis posse dispensare, sicut & in votis; si tamen factum est in favorem tertii, debet adesse, justa & legitima causa. Imò generaliter quidam putant Confessarios qui ex privilegio & potestate delegata possunt commutare vota, vel dispensare; posse etiam commutare, vel dispensare in iuramentis de eadem materia *V. Less. lib. 2. c. 42. dub. 12.*

D E V O T I S.

16. **Q**UAERO, *Quanam vota obligent?* Resp. 1. Ad obligationē voti primò requiritur, ut sit deliberatum.

ratum.

ratum. Deliberatum dicitur, non quod sit opus longa mora, aut longa mentis agitatione; sed quia requiritur perfecta eius quod agis animadversio. Vnde ad obligationem voti sufficit talis animadversio, qualis sufficeret ad peccandum mortaliter: quod enim sufficit ad obligandum nos Diabolo, etiam iudicandum est sufficere ad obligandum nos Deo. Si quis verò ex subito animi motu, vel consuetudine lingua mentem præcurrente voveat, non obligatur; sicut qui simili impetu malum alteri imprecatur, non peccat mortaliter. Similiter si sit solum imperfecta consideratio, dum solum confuse, & tenuiter advertis quid agas, non invenitur vinculum voti.

Resp. 2. Debet esse votum spontaneum, ut obliget. Vnde si metu vel dolo extorqueatur cum iniustitia, censent Doctores esse irritum: si verò metus est justus, non irritat, ut latius tradunt Doctores, e. gr. Si Iudex minatur alteri cui mortem propter homicidium, nisi ingrediatur Religionem: cum metu

ille

ille iuste incutiatur, professio ex tali metu facta non censetur irrita.

Resp. 3. Requiritur ad votum ut fiat cum intentione se obligandi: omnis enim promissio cum sit lex quædam quæ quis sibi imponit, vim solum habet juxta intentionem promittentis; nec amplius, nec aliter, nec diutius quam intendebat. Cū vero quis sciens & volens voveret, implicite censetur se velle obligare; etiamsi formaliter hoc non intendat. Qui vero voveret cum expressa intentione se non obligandi, revera non intendit vovere; sed potius simulare votum, licet externis verbis dicat *Voveo*: Aut certè talis non intelligit quid significetur nomine voti. Unde nec talis actus induceret obligationem; tum quia procedit ex errore circa substantiam actus, tum quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, Ex dictis resolve casus sequentes.

Casus I. Si quis in naufragio, vel prælio, mortis in metu voveat ingredi Religionem si evadat, tenetur imple-

re votum, quia metus non fuit iniustus, sed incussus ab aliquo ad extorquendum votum.

2. *Casus.* Si à Parente proli incutitur gravis metus nisi ingrediatur Religionem, professio ex tali metu secuta invalida est, quia iniuste metus ille incutitur.

3. *Casus.* Si quis aliquid vovit, & post votum aliquid se aperiat quod antea latebat, vel aliquid superveniat quod ille suo voto prudentum iudicio non videtur voluisse comprehendere; non tenetur. v.g. Vovit quis peregrinationem ad locum longinquum, & post viam sunt redditæ infestæ propter latrones aut bella: Item vovit quis ingressum duræ Religionis, & intervenit morbus, qui Medicorum iudicio non sinit eum perferre austeritates. In his casibus vel tollitur, vel saltem suspenditur obligatio voti, quia nunquam fuit intentio in his eventis obligandi.

4. *Casus:* Si quis vovit ingredi certum Monasterium, falso, persuasus esse se be-

se bene reformatum; non tenetur, si
postea reperit esse dissolutum; quia
ex errore voluit, nec mens ejus fuit in
eo casu se obligare: votum autem non
obligat ultra expressam vel tacitam
intentionem voventis.

5. *Casus*: Qui professus est in Reli-
gione ubi nō servabantur nisi essētia-
lia, & non intendit se ultra receptam
consuetudinē astringere, nō obligatur
ad arctiora, nisi fortē illa sint necessa-
ria ad servāda substātiaalia. Ita *Navarr.*
c. 12. n. 50. *Fumus* verbo *Religio*, n. 19.
Sylvester verbo *Religio Lopez*. c. 45.

17. *QUAERO*. De qua re possit votū fie-
ri? R. I. debere fieri de re nobis possibi-
li. Defectu hujus primæ conditionis,
nullum est votum quod quis faceret
de numquam committendo peccato
veniali in genere; quia cum ordinario
Dei auxilio non possumus omne vita-
re. De peccatis tamen certis veniali-
bus, potest votum emitti validè, puta
de numquam mentiēdo voluntariè.
Potest etiam votum emitti de num-
quam peccando mortiferè.

In vita *S. Theresæ* legimus ipsam veni-
 misse votum non solum in omnibus fit v
 agēdi quidquid gratum esset Deo, se Qui
 etiam quidquid illi gratius, & quic fare;
 quid magis ad ejus esset honorem, m Deo
 jorisque perfectionis. Sed hoc votu inter
 cū sit extraordinariæ perfectioni rans
 magis admiratione quàm imitatione R
 dignum est. Quia & in aliis person bona
 Dei voluntatem apertè non agnosce tum
 tibus nec ita illuminatis, scrupule lius,
 varios posset ingenerare tale votum pron
 2. Resp. Votū debere esse de re bo quod
 na. Hinc sequitur, nullum esse, si qu non
 voveat opus malum; imò esse pecc sequ
 tum ob irreverentiam, quæ perta 1.
 votum Deo irrogatur. Quidam De ingr
 ctiores existimant semper esse pecc dam
 tum mortale, etiam si quis voveat netu
 pus quod solum sit peccatum veniale 2.
 & hoc ratione gravis injuriæ & irre dom
 rentiæ, quæ Deo inferunt, quasi ip sunt
 approbaret aliquid quod malum sit tion
 Alii tamen dicunt esse peccatur lia; t
 mortale, quando opus malum quod diu
 vovetur est mortale; esse verò tantum Quo
 veniale

veniale, si opus malum quod vovetur sit veniale. Ita *Sylvest, Sor Navarr.* Quia materiae parvitas videtur excusare; nec id vovetur tamquam gratum Deo, sed solum ut quis se confirmet in intentione sua, opus non ita considerans in ratione suae malitiae.

Resp. 3. Votum debere esse ita de re bona, ut melior sit quam ejus oppositum. Nam si ejus oppositum est melius, jam erit Deo gratius; & ideo cum promittamus ut Deo gratificemur, id quod gratius est, servandum est, & non alterum. Ex his resolvuntur casus sequentes.

1. *Casus:* Si quis vovit nunquam se ingressurum domum Petri, ex quadam passione & vindicta: voto non tenetur, imò peccavit sic vovendo.

2. Si quis vovit nunquam ingredi domum aliquam, quia ibi occasiones sunt peccandi, v. g. ob ludos & potationes. ob occasiones luxuriae, & similia; tenetur servare tale votum, quamdiu similes occasiones permanent. Quod si auferantur tales occasiones, jam

jam res fit indifferens; & ideo cessat obligatio voti.

3. Si quis vovit non mutuare unquam alteri, votum nullum est; quia melius est mutuare, cum sit opus charitatis.

4. Si quis vovit non amplius vovire, non tenetur tali voto, quia melius est vovire, quam non vovire. Advenit tamen illum qui nimis facilis foret vovendum, posse validè hoc votum emittere: Voveo non amplius vovire aliqua emittere, nisi te prius cum prudente Confessario communicatâ. Ratio est, quia melius est huic homini vovire adhibitâ deliberatione cum viro prudente, quam vovire absque hujusmodi deliberatione.

Sed queritur: Si quis post tale votum voveat sine Confessarii consilio, tenebitur ne votum? Respondet Lessius valere, si deliberatè fiat; peccare tamè tale votum vovendo, quia violât prius illud votum quo promiserat non amplius sic vovire, Sed fortè, inquit, hæc violatio non esset mortifera, quia sæpe contingit ut adhibere vel prætermittere illud

mau

o cessi maturam deliberationem, non censeatur res magni momenti, præsertim quando res quæ vovetur est facilis. Ita ille, Alii quidam existimant in dicto casu tale votum sine consilio Confessarii factum, non obligare, & peccare illum qui sic sine illius consilio vover, postquam aliter voto promisit. Ita *Sayrus.*

18. *QUAERO. Quid dicendum de illo, qui vovet se nunquam sponsorem fore pro alio, quia spondendo gravia damna passus est? Resp. tale votum posse esse validum, quia licet sponsorem agere, in genere loquendo, possit esse charitatis; tamen huic homini nolle amplius sponsorem agere, videtur prudentiæ & virtutis.*

19. *QUAERO. Quid dicendum de votis adolescentulorum, vel adolescentularum, dum vovent castitatem perpetuam, aut Religionis ingressum in ætate v.g. 10, vel 11. annorum? Resp. hæc vota quidem valere, si iudicium sufficiens habeant ad vovendum; quale censeari debet in ætate in qua possunt mortiferè peccare: ix*

re: in qua etiam aliquo modo intelligere possunt obligationem voti quam emittunt: Hæc tamen vota ante pubertatem facta (hoc est, in maribus ante annum decimum quartum, in femellis ante duodecimum) irritari possunt à Patre, vel à tutore, qui pupilli loco Patris est: sic enim Jura statuerunt: & hoc locum habet in quibuslibet votis illorum.

Quæres verò, an possint etiam irritari post tempus pubertatis? R. posse. Quod simile votum ex interpretatione juris est conditionatum; hanc scilicet conditionem involvens: Si parens vel tutor non contradixerit: Quam conditionem per tractum temporis non amittit. Nec obstat, quod filius habuerit intentionem servandi, aut postea forte illud renovarit; quia hæc omnia ex errore provenerunt, quo putavit votum ab initio firmum absolute fuisse; non sufficiunt ad ratificandum. Hæc enim quis censetur aliquid ratificare, si necesse est, ut sciens esse invalidum velit esse validum; vel si nihil de eadem

sci

sciat, vel saltem intendat illud confir-
mare, etiam eo eventu quo invalidum
fuiſſet.

*Quæres etiam, an vota puberum, hoc
est, post annum 14. vel 12. in famina, non
possint à parentibus irritari? R. illa vota
posse irritari, quæ ob sunt disciplinæ in
a statu familia, & potestati paternæ; alia ve-
quibus rò vota non posse irritari. Hinc sequi-
tur, si filius-familias multas voveat
peregrinationes, illa vota posse à Pa-
rente irrita reddi: Item si voveat mul-
ta jejunia: Item si voveat gestare habi-
tutum insuetum in familia, & his simi-
lia. Quia cum ista ad domesticam gu-
bernationem pertineant, subsunt pa-
ternæ potestati.*

20. *QUAERO. Quid possit maritus cir-
ca vota uxoris sine consensu suo facta?
R. quorundam probabilem esse sen-
tentiam, maritum posse omnia vota u-
xoris sine consensu suo facta dissolve-
re, sicut potest Pater vota puellæ im-
puberis, aut Prælati vota Religiosi
sui. Habet hoc quoddam fundamentum
in Scriptura ex cap. 30. Num. quia ibi*

D

codem

eodem modo loquitur de voto uxoris
 & puellæ, quæ est in domo Parentum
 Ideo hanc sententiam sequitur ibi
 dem *Abulensis*: Favent *Sotus*, *Lopez*,
 alii. Alia sententia est illa tantum
 marito irritari posse, quæ ad familiæ
 administrationem spectant, in quibus
 ipse est caput mulieris, e.g. Potest irri-
 rare votum jejunii frequentis, quo po-
 set ineptior ad usum matrimonii rec-
 di, votum peregrinationis, humicub-
 tionis, habitus simplicioris, & simili.
 Si autem votum emiserit non peccat
 di mortaliter; item votum recitandi
 certas preces, & similia conjugio nihil
 incommodantia, secundum hanc sen-
 tentiam non potest dissolvere maritum.

Quantum ad uxorem, illa etiam di-
 solvere potest vota mariti juri suo in
 commodum afferentia. Exempli gra-
 tia si vovit maritus gestare habitum re-
 ligiousum, si vovit humi cubare ad lon-
 gum tempus: Imò ut docet *Navarrus*
 60. ex *D. Tho.* & *Palud.* potest irrita-
 re votum mariti, quo vovisset non peccare
 debitum, eo quod ipsi non parum sit

ne

nerosum ac verecundum semper exigere. Alii tamen non pauci hic contradicunt.

Quares, quid si uterque pari consensu voverit continentiam? Rl. tunc neutrum posse alterius votum irritum reddere, ut expressè docet S. August. epist. 199. Unde neuter potest tunc petere, aut petenti reddere quia uterque censetur juri suo cessisse.

21. *QUAERO. An Episcopus possit dispensare in voto castitatis? Resp.* 1. posse in voto castitatis non perpetuæ, puta unius anni, quinque, decem, viginti. 2. id potest in voto non fornicandi, quia non votum castitatis integræ, quod Pontifici reservatur. 3. potest in voto non nubendi, quia differt à voto castitatis, quandoquidem per fornicationem non violetur. 4. potest in voto non petendi debitum. Unde si aliquis habens votum simplex castitatis contraxit matrimonium, & consummavit, Episcopus ab periculo incontinentiæ potest dispensare, ut petat debitum. Mortua tamen conju-

ge tenetur servare castitatem : Unde hæc dispensatio non fuit integra , sed partialis tantum, & ad tempus. Imò conjuges post contractum matrimonium voverunt continentiam, & postea periculum utrique vel alteri eorum immineat, multi docent Episcopum posse dispensare ; quia non relaxat absolute & simpliciter illud votum, sed solum secundum quid, ut eius executio ad tempus differatur mortui enim conjugis redit vis voti, & tenetur quis servare castitatem.

Denique quidam generaliter docent quodcumque est magnum periculum incontinentiæ, posse Episcopum dispensare ; maxime cum non est facilis ad Summum Pontificem, aut eius Delegatum accessus.

CAPUT III.

Resolutiones concernentes tertium Decalogi Præceptum.

I. **Q**UAERO : De quibus interrogatum est sint pœnitentes circa hoc Præceptum : R. 1. An opus aliquod servile exercuerint in die festo ? 2. An Missam

audi

audierint à principio usque ad finem,
vel an partem notabilem omiserint? 3.

An non majore parte Missæ devagati
sint mente, & quidem voluntariè? 4.

An non magnam partem fabulis im-
penderint, aut hinc inde spectantes li-
bidinosè? De quibus pauca in speciali
nobis explicanda sunt. Itaque

2. *QUAERO: Quando nam possit quis
excusari, opus servile exercens in die fe-
sto? R. excusare varias causas.*

1. Si exiguum sit opus, & leve. Sic
excusantur famuli & ancillæ opera or-
dinaria exigui temporis exercentes;
puta verrere cubiculum, purgare ve-
stes, & his similia. In his saltem non-
nisi veniale intervenit, etiam si nulla
justa adsit causa / quin ad alium diem
possint differri.

*Quares, quantū temporis requiratur,
ut quis dicatur notabili tēpore in die fe-
sto opus servile exercuisse? R. Alii dicunt
quatuor horas, alii tres alii verò duas?
ego ut minimum requirerem tres, ad
peccatum mortale; quia censerì debet
pars notabilis diei. Unde aliqui ter-*

tiam vel quartam diei partem requirunt.

2. Excusat necessitas. Sic qui ratione paupertatis non potest familiam alere, & ideo cogitur diebus festis operari, facile potest excusari; maxime fiat sine scandalo, in loco privato.

Similiter ob quandam necessitatem sive ad vitandum detrimentum excusantur qui grana colligunt vel serunt, qui uvas ex vinea, aut fructus transferunt ex pomario, tempore illo quando imbres timentur vel pluvia: sed in hoc solet saltem à loci Parochis licentia peti. Et hi ubi Episcopus non residet vel ejus Vicarius, sive quando ad hoc non est facilis recursus, possunt eas dare, ut mox dicemus.

Sic etiam excusantur, qui diebus festis excoquunt vitrum, ollas, calcem mineralia ferri, carbones, & similia quando opus illud non possunt intermittere. Sic & laniones: quando plures occurrunt festa, nec cibus servaretur antea preparatus sine periculo corruptionis, excusari censeatur.

3. Excusat consuetudo. Sic aliquibus in locis, cōsuetudo à Prælatiſ ſcirta, nec præcepto ſpeciali abrogata, facit licitam aliquarum rerum venditionem etiam publicam in die feſto.

Tali ex conſuetudine auçtione bonorum ad Eccleſiam vel ad communiatem ſpectantium in pagis & urbiculis permittuntur, quia aliis diebus emptores non concurrerent.

Simili ex conſuetudine excuſari videntur quidam extranei mercatores, quos vulgò *Portepanniens* vocamus, aut *Sabandos*; qui ſuas merces humeris ſuis tranſvehentes, de loco in locum continuò tranſire ſolent, maximè per pagos, quia hi aliis diebus emptores non reperiunt.

Huc etiam referri poſſent molendina, ex conſuetudine à Prælatiſ tolerata, feſtis molere ſolita.

4 Excusat neceſſitas quædam ſpiritualis. Sic excuſatur è plerisque puella quæ ut vitet otium, vel aliis occaſiones vagandi & peccandi, domi ac u pingit, vel aliud quidpiam privatim operis peragit.

D. 4. Excu-

Excusantur etiam qui ex pietate laborant in gratiam templi, vel loci pii maximè ex consensu Parochorum.

5. Excusat obedientia. Sic excusatur famulus, aut ancilla, aut filius-familias, qui jubente heros vel patre, aliquid operis agit in die festo excusatur etiam à præcepto Missæ, si non potest detentus ab heros illam audire. Si tamen heros non habeat justam causam liberos vel famulos sic detinendi, peccat ipse. Item si in contemptum Ecclesiæ vel Festi, aut Missæ id præcipere, tunc non potest filius aut famulus obedire. Quia tunc non esset solus contra jus humanum, quo festa præcipiuntur (à quibus excusatio facile datur) sed esset contra divinum & naturale, quo Christus & Ecclesia continentur; quod ne quidem licet, etiam mortis proposito periculo.

3. QUAERO. Quodnam opus dicatur servile? opus servile propriè esse illud, ad cuius exercitium, servos, sive famulos servientes, habemus deputatos, & in quo artes mechanicæ versantur.

fol. c. 1.

solent. Quod autem opus sit mercenarium, siue quod fiat propter mercedē & lucrum, non facit ipsum ser vile, si ex se tale non sit. Quapropter docere, scribere, consulere, etiam ad instructionem alicuius litis propter lucrum, non censetur ser vile, nec prohibitum hoc præcepto. *Venatio* autem, *piscatio*, & *similia*, si fiant recreationis gratia, quodammodo ad liberum opus spectant: si verò ex officio, conveniunt servis & famulis, & quodammodo ser vili videntur. Hæc nihilominus licita in festo consuetudo facit, si modò *Missæ* auditionem non impediunt.

Similiter cōsuetudine quadam inter rusticos inolitâ excusari possunt saltē à mortali, qui audita *Missæ* ad fructus aliquos sylvestres carpentes currunt, & magnam diei partem in hoc impendunt; puta colligendo fraga, vaccinia, nuces, licet id ob lucrum faciāt. Vidi mus hoc an. 1631. passim *Missam* Parochialem & *Vesperas* relinqui, & audita manè aliqua *Missæ* concursum ex pagis maximum, tum virorum, tum mu-

D s lierum

lierum, fieri ad colligēdas in sylvis nuce
 ces, quæ in maxima fuere copia: Et ad
 id quidam vidimus totos penè dies fe
 stos impendi, spe lucri ad vendendum
 hasce decerptas nuce. Cum autem id
 ex se non minus servile sit, nec magis
 licitum, quàm metere segetes, aut ali
 os quoscumque fructus toto festo die
 carpere: non video quomodò excu
 sentur, nisi per consuetudinem tolera
 tam. Quamvis horum etiã pars qua
 dam excusabilis sit ob paupertatem.

4. QUARO. *Quid dicendum de illis
 qui varios sub se habent operarios merce
 de conductos, & diebus festis vel Dom
 nicis eos ad computandum convocant, &
 pro merita mercedem solvunt? Sic fre
 quenter videmus praticari, per illos qui
 multos habent operarios in fodinis,
 officinis ferrariis, in lapicidinis, in
 vis cadendis & similibus? Resp. tales
 solent excusare, dicentes id fieri
 gratiam operariorum, qui alio die ce
 gerentur perdere diurnum labore
 ad familiam alendam necessarium
 Quod si verum est, jam id ad pie*

tem, tamquam ad causam excusantē,
referri poterit. Puto tamen magis cō-
suetudine id introductum quibusdam
locis. Nam qui magis pii & timorati
sunt, diem Sabbathi eis designant, in
quo certò mercedem post computum
recepturi compareant.

Hanc resolutionem nostram citat
ad longum Anton. Diana p. 5. tract. 13.
resol. 83. Sed addit: *Non video qua ra-
tione talis computatio servile opus possit
computari, & per consequens prohibitum
diebus festivis, nam hac actio vel efficitur
voce, vel scriptura, vel cognoscendo ea
qua rustici vocant Tagli; sed hac omnia
servilia opera non sunt. Neque tempus
numerationis pecunia qua illis pro merce-
de prabetur, dato quod esset opus servile,
attingit ut plurimum tempus necessa-
rium pro fractione precepti. Adde, quod
per consuetudinem introductam talis
actio, etiamsi opus servile esset, ex-
cusari posset. Hac ille. Tu Lector de
hac additione judica; nam scio in istis
computibus, calculis, Talliis, mul-
tum temporis ordinariè impendi,
nec*

nec facilè hæc à servilibus operibus
posse excusari; & à Festorum sancti-
ficatione esse aliena passim indicantur
nisi aliqua causa excusans interveniat.

Quibusdam etiam locis, mercato-
res oppidani non faciunt magnam
scrupulum rusticis vendere pannum
vestes, & alia necessaria ad familiam
intra tamen parietes domesticos. Ex-
cusationemq; afferunt eandem quam
alii suprâ, quod ipsi tota hebdomada
operibus suis distenti non soleant
parere nisi diebus festis. Partim ergo
pietas, partim consuetudo toleranda
poterit hos excusare, maximè quando
multum temporis non impenditur
militer ob exiguitatem operis & tem-
poris excusari possunt sartores, qui
diebus istis pannum scindunt ad aptan-
dam vestem his rusticis, & mensuram
corporis capiunt.

5. *QUAERO. An Parochi habeant auctoritatem dispensandi in Festis? R. h. loco ubi non resideat Episcopus quia & distans est. Paret ex praxi, & ex ratione; quia ad regimen animarum*

crebros & quotidianos casus hæc potestas moraliter est necessaria. Communisque sententia DD. notat illam ipsis concessam, tam in hoc præcepto Ecclesiæ, quàm in præcepto de ieiunio. Neque solum dixeris esse interpretationem; nam omnis doctus potest interpretari cessare legem quibusdam in casibus, sive quempiam eximi à lege certis de causis. Plus verò Parochis concessum est, quàm doctis quibuslibet, ergo non solum interpretatio est, sed & vera dispensatio auctoritatem requirens. Et licet requiratur causa rationabilis ut ipsi dispensent, non tamen requiritur evidenter justa: sed auctoritas eorum causæ sufficientiam aut evidentiam supplet, ideoque non interpretatio solum legis est, sed & dispensatio potestativa.

6. *QUAERO. An civis absens teneatur servare Festa propria domicilii, si sit in loco ubi non est Festum?* R. non teneri: quia cum præceptum istud de servandis quibusdam festis in suo oppido, vel pago, quæ alibi non servantur, sic

E

quo

quodammodò loco affixum, obligat Non
 solum ratione existentiae in loco; & do, je
 nõ obligat extra territorium. Sic Leo retur
 diensis in Festo *S. Lamberti, Huberti* nes. E
Dionisii, existens in Diocesi Camer domu
 censi, non tenetur ibi audire Sacrum rever
 potestque ibidem operari, sed si

Quæres, si quis discedat manè à pro non te
 prio loco ubi est festum, tenetur-ne au Qu
 dire Sacrum, quod ibidem manè cele stum i
 bratur? *Resp.* id consulendum omnino non;
 & pietati consonum esse. In rigore est fest
 men non tenetur. Ratio est, quia cu utibil
 in loco proprio posset differre aut lum in
 tionem usque ad ultimum Sacrum xandu
 ante illud tempus inveniatur in lo cere in
 ubi non est festum, tollitur obligati propri
 Aliud est de illo qui propter imped jure suc
 mentum non potest audire Sacrum cum no
 tum: ille enim tenetur audire ali obligat
 si possit; quia cum toto tempore m 7. Qu
 neat obligatio, si puret impedimèntum festum,
 superventurum pro ultimo Sacro, ubi non
 netur prævenire. quod in

Similiter dicendum de eo qui d *Resp.* so
 cedit ad locum ubi non est jejunium satiam

Non enim tenetur, in rigore loquen-
do, jejulare illic, licet in proprio tene-
retur: unde ibi potest comedere car-
nes. Et hoc verum est, licet eodem die
domum sit reversurus. Tunc tamen
reversus non potest vesci carnibus:
sed si semel jejunium est violatum,
non tenetur à cæna abstinere.

Quæres iterum. An quando est fe-
stum in una Parochia oppidi, in altera
non; possit subditus Parochiæ in qua
est festum, adire alteram Parochiam,
ut ibi laboret? Resp. posse. *Dices,* si so-
lum in eum locum se confert ad ope-
randum, alias non itutus, videtur fa-
cere in fraudem legis? Resp. non esse
propriè fraudem legis, sed talis utitur
jure suo, nec dicitur violator legis,
cum non faciat contra eam in loco ubi
obligat.

7. *QUAERO* An quis teneatur servare
festum, & audire sacrum existens in loco
ubi non habet domicilium si ibi sit festum
quod in loco domicilii sui non servetur?

Resp. secundum probabiliorem sen-
tentiam teneri, si ibidem aliquam diu
hæreat;

hæreat; siue si ibi moram executionis moram
 præcepti proportionatam trahat, v. localis
 si sit festum in loco ubi quis hospitatio vix
 tus est, & ipse usque ad meridiem ibi præ
 hæreat, censetur obligari ad audiendam
 Sacram. Si autem quis tantum transeat. Imò
 festo illo die per pagum, aut civitatem tantum
 vel parum ibidem hæreat mox transemur
 turus, non tenetur. Ratio est, quia si loci, ve
 mane usque ad meridiem, vel circiter festum
 hæreat in illo loco; statutum illud ibidem
 cale jam illum videtur obligare. Securan
 milia enim statuta localia, siue de festis, siue de
 ftis, siue de jejuniis, ad bonam gubernationem
 nationem loci conducentia, censentur obligare
 tur obligare omnes qui ibi inveniuntur, & qui
 tur, & qui moraliter præceptum in illis locis
 plere possunt. Imò consuetudo, extendens
 gum interpretis, ita recepta est, etiam inter
 inter doctos, ut si aliquandiu hæreat in loco
 in loco ubi festum vel jejunium observatur,
 vatur, obligari se putent, licet extra territorium
 sint. Et huc spectat versus ille:

Si fueris Roma, Romano vivito moram

Et si sis alibi, vivito sicut ibi.

Quod si quis autem transiens per locum
 moram

cutio moram trahat, non censetur statuto
at, v. locali obligari; quia moraliter loquē-
ospitudo vix in eo loco censetur esse & bre-
iem illius presentia non videtur adeò stri-
diendā obligationem inducere.

ranse. Imò *advertite*, illam quorundam sen-
vitātē sententiam: qui dicunt externum hæren-
x transem uno die festo particulari alicujus
quia illoci, vel uno die jejunii, non teneri ad
circū festum, nec ad jejunium, esse proba-
illud libilem, & judicari ab aliquibus DD,
e. securam. Ideo seposito scandalo talis
e de pōssit operari privatim in festo tali,
gubē pōssit & comedere carnes, in jejunio
cense illo particulari. Ratio horum est, quia
eniū b obligandum legibus localibus ju-
um iūsdictione requiritur, quam negant sese
udo, extendere ad externos uno vel altero
, etiā tantum ibi hærentes. Hoc dixē-
næreatum, ne Confessarius facilè condem-
n obsecet juxta hanc sententiam agentes. Al-
extēra tamen sententia, quam explicui-
ius pietati & consuetudini receptæ
t conformior, & ideò tenenda.

to mor
hi.
ens
mōt

8. *QUAERO. Quinam excusentur à
missa audienda in die festo? Quā pars
omissa*

omissa censeatur notabilis, & inducere peccatū mortale? quanam attentio sit inquisita? Sed de his omnibus, & aliis quaestionibus ad Missam spectantibus sufficienter tractavi in Candelabro mystico post Tractatum de Eucharistia ideo illic Lectorem remitto.

9. **QUAERO.** Quid dicendum de juvenibus, aut juveniculis, tempore Sacri Iudicij hinc inde spectantibus; dū haec quaedam ad procos, illi autem ad amasias cor & oculos habent? Resp. saepe ultra quod tales Sacrum audire non censetur, nec præcepto satisfacere; non peccatum libidinis mente conceptum adjici. Sed quaeritur, an si tales, in templo existentes libidini dent cōsentientiam internam, sit talis circumstantia Confessione specialiter explicanda, quod scilicet in loco sacro consentiant illi aut voluntas carnalis adfuerit. Hoc nimirum ad sacrilegium spectare videtur, ideoque circumstantia præcedenti loci sacri judicari possit mutare speciem peccati. Resp. Non mutare speciem peccati, nec censeri sacrum præceptum.

gium, nisi voluntas consentientis eò
 usque feratur, ut paratus etiam esset
 complere actum carnalem in loco sa-
 cro, quantum in se est. Aliàs voluntas
 carnalis quæ concipitur ex occasione
 in loco sacro, quàm tamen nollit quis
 intra locum sacrum complere, sed ex-
 tra illum; jam non facit sacrilegium.
 Non nego tamè aggravari peccatum,
 ex eo quod quis existens in loco sacra-
 to, consensum dat interiori voluptati
 carnali? sed cum circumstantias ag-
 gravantes plerique Doctores censeant
 necessariò confitendas, dicto casu quis
 videtur obligandus.

IO. *QUAERO. An alia opera prater ser-*
vilia prohibita sint in die festo? R. pro-
 hiberi etiam judicia sive processus,
 Unde in die festo non possunt exami-
 nari testes aut exigi ab illis juramen-
 tum juridicum. Quod autem nostri
 Notarii & alii juris Practici in die
 precedenti solent juramentum exi-
 gere, ac deinde festo sequenti testes
 examinare, etiam contra intentum
 præcepti est; quia prohibet strepi-

rum judicialem ob quietem & vacationem quæ rebus divinis debet dari interrogatio autem & responsio testium ad strepitum judicialem spectat. Immo tenet *Suarez* cum Antonio nullam esse testium examinationem in die festo licet pridie juramentum expeditum fuerit; quia debet repeti juramentum ut sit juridica examinatio: prohibetur autem est juramentum sive repetitum in festo die. Quidam tamen Canonistæ aliter sentiunt.

CAPUT IV.

Resolutiones questionum occurrentium circa IV. Decalogi Præceptum.

QUAERÔ. De quibus examinandi sint pœnitentes circa hoc Præceptum? *Resp.* filios familias hic interrogandos de obedientia, de honore, & subventione erga parentes. Item, contra parentes hic interrogandos de officio suo & cura erga proles, an destruxerint, aut neglexerint corrigere an malum exemplum dederint. Item, uxor erga maritum, quomodo se gerit in subjectione debita Denique

cunque subditi, quomodo se habue-
rint erga superiores, qui hic nomine.
Parentum accipiuntur. Ex.g. discipulū
erga Magistros, subditi erga Principes,
cives erga Magistratus; oves erga
suos Pastores.

2. *QUAERO. Quando peccent mortali-
ter filii erga parentes, contra istud præ-
ceptum.*

Resp. 1. Peccant mortaliter, quan-
do eos habent odio, vel quotiescum-
que eis notabile malum desiderant,
vel imprecantur; ex deliberata volun-
tate. Et tunc non est satis dicere in
confessione se aliquem odio persecu-
tum, vel notabile malum alicui appre-
catum esse, sed debet circumstantia
illa exprimi, quod Pater sit, aut Mater,
aut alius proximè junctus sanguine,
cui obedientiam & reverentiam de-
bes. Similiter dicendum; si Pater spi-
ritualis sit, v.g. Patrini, Pastor, Præ-
latus.

2. Peccant mortaliter filii, qui nul-
lum externum amorem, vel benevo-
lentiam parentibus ostendunt. Et li-

cet fortè necessaria eis subministrent
tamen ferè eos semper durè & asperè
alloquuntur, eosque torvè inspiciunt
sicque vel contemnunt, vel multâ
stitiâ afficiunt.

3. Peccant mortaliter, si percutiant
& licet levis esset percussio in ratio-
nocumenti, censetur tamen hic gra-
vis injuria, contra debitam venerationem
parentibus debitam. Immo
liqui putant etiamsi solum manus
tolleretur quasi ad percutiendum,
et percussio non sequatur, esse gra-
vem & mortalem injuriam. Excipien-
dus tamen hic est casus quo id filius
geret ad defendendum se legitime.

4. Peccant mortaliter filii, qui
his quæ pertinent ad gubernationem
domus non obediunt in re notabili
maximè quando jungitur huic inobedi-
entia pertinacia, & quasi quidam
contemptus.

5. Quando non obediunt in his
quæ notabiliter spectant ad bonos
mores. Exempli gratia. Præcipitur
Patre Filio, ut fugiat alicujus con-

fatio fuerit

sationem plenè sibi noxiam, ut fugiat ludum aliquem prohibitum, ut non egrediatur domo noctu ad grassandū cum dissolutis juvenibus, & similia. Tunc si non obediat, adfitque pertinacia quædam censetur mortaliter peccare, Dico si adfit pertinacia; nam hanc pertinaciam vel contemptum aliquem requirunt hic plerique DD. ad peccatum mortale, unde si quis ex infirmitate non obediat, excusabitur à peccato mortali.

6. Si non adimpleant testamentum Parentum, solvendo debita vel legata. Immò diu sine justa causa differre, peccatum mortale judicat. *Navar. n. 16. c. 24. & S. Antonius* ab eo citatus.

Quæres, an renunciando mobilibus bonis, filiis familias adeuntes hereditatem, excusentur in conscientia à solutione debitorum personalium, quibus obligantur Parentes? Resp. secundum constitutiones quorundam locorum in dicto casu non posse in eos in iudicio agi, aut ad solvendum cogi. Ita habent consuetudines Patriæ Leodiensis. In foro

tamen conscientiae existimo hæredes amplam ad euntes hæreditatem, teneri ad debita, si mobilia quibus renunciant, ad id non sufficiant, Dico, si ampla sit hæreditas, nam si excedunt debita hæreditatis facultates; non cogitur filius in foro conscientiae ad debita solvenda; potestque se conformare legi exterioris fori, ut vitet gravem inopiam, licet creditoribus inde damnum accedat.

3. *QUAERO. Quando censeantur prole mortaliter peccare dando occasionem in parentibus? R.* Si filius contumeliosus vel valde asperis & rebellibus verbis parentibus respondet unde fit, ut illi in iram gravem prorumpat, absque dubio peccati mortalis reatum incurrit. Si autem paululum obmurmurat, & levem dat occasionem, sed illi ex vitiosa natura & morositate supra modum in iram se effundunt, excusatur a peccato mortali. Nec enim id tamen adscribendum est, quam vitio parentum.

4. *QUAERO. Quando teneantur subire venire Parentibus sub peccato mortali?*

Resp.

Resp. quando sunt in gravi necessitate, v.g. si infirmitate gravi detineantur, nec habent propria quibus uti possint si carcere detineantur, & se redimere nequeant. Idem dicendum de necessitate spirituali; debent enim curare ut Sacramenta eis ministrentur, si in infirmitate egeant. Legata quoque pia quæ pro salute animæ facere volunt, ac eleemosynas non debent impedire, Quia in re eos peccare mortaliter tradit. *Navar. c. 14. n. 14.*

Quæritur etiam hic potest, quando filii familias peccent in administratione bonorum ad parentes spectantium? Sed de ea re dixi in Resolutionibus de Matrimonio in *Candel. Mystico, cap. ultimo, Tract. 8. V. ibi.*

5. **QUAERO.** Quando peccent Parentes mortaliter erga filios? *R.* 1. quando eis non ministrant necessaria ad sustentationem, cum tamen id possint. Sic reperiuntur aliqui, qui eos ita divexant, ut tandem domo paterna excedere cogantur, & mendicare, vel militiam non sine dispendio salutis sequi. 2. Pec-

cant mortaliter, quando eos supinè omnino negligūt instruere de necessariis scitu ad salutem; vel eos impediunt sine necessitate, ita ut præceptis Ecclesiæ satisfacere nō possint, puta Præcepto de audienda Missa. 3. Peccāt mortaliter, si eos verbo aut verberare corrigere negligunt de peccatis mortalibus de blasphemia, de conversatione cum meretricibus, de grassationibus nocturnis, de furtis, &c. 4. peccāt mortaliter, si eis sint causa peccati, per malum consiliū, vel factum Non enim pauci reperiuntur qui causa sunt corruptionis quæ in filiis cernitur, idque malo exemplo, vel suasu. 5. Si sine justa causa proles trahunt à statu Religionis. Itē & maximè si invitos compellant ad Monasteria, vel Matrimonia.

6. *QUAERO. An parentes etiam filii teneantur ad alimenta? Resp. affirmativè. Ita enim jure canonico decernitur. Et licet jus civile videatur contrariari, intelligendum est de alimentis non teneri Patrem, si aliunde possit filius ali.*

Quare

Quæres, an Clerici pro libus suis spuris providere alimenta possint de fructibus beneficiorum? Resp. posse, si aliunde non habeant bona patrimonialia. Est enim de jure nature obligatio alimentorum necessariorum erga proles. Nec refert quod *Constitutiones Pii V.* videantur adversari. Intelligendæ enim sunt nõ prohibere alimenta necessaria, sed testamenta, donationes, hæreditates, ultra alimenta. Adde illas *Constitutiones* vix usu receptas.

7. *QUAERO.* An possint parentes exponere filios suos illegitimos in loco aliquo publico, ut inventi aiantur in hospitalibus? *Re.* id eis licere, si pauperes sint, & non habeant ad prolem alendam sufficientia media. Pro talibus n. hospitalia puerorũ in civitat. sunt instituta. quod si parentes divites sint, saltem secretò tenentur tali hospitali expensas solvere; & curare ut proles illa postmodum suo tempore instruatur. Debent quoque exponi tali tempore, & loco, talibusque circumstantiis, ut salutis infantis nocumentum non afferatur.

8. *QUAERO.*

Quæres

8. *QUAERO. Quando peccet mortaliter uxor per inobedientiam erga virum?*

Resp. I. quando ex contemptu quodammodo vel pertinacia, praecipiente rem notabilem ad gubernationem domus vel probos mores spectantem, non vult obedire.

2. Quando sciens vel scire debens maritum ad gravem iram, juramentum vel blasphemiam excitandum fore; aliquid dicat vel faciat, puta si obmurando respondeat, aut verba verberum reddat; nihilominus ipsa non desistat istud facere, & verbositate aut murmuratione eum magis provocare. Ratio est, quia videtur salutem viri contemnere, ei praebens occasionem peccati mortalis, cum facile possit eum vitare, v.g. tacendo & patienter ferendo potest ejus iram compescere; ad idque tenetur, quia ipsa inferior est.

9. *QUAERO. Quando peccet vir mortaliter erga uxorem?* Resp. I. si graviter eam percutiat aut laedat: licet enim habeat jus eam corripiendi & castigandi tamen intelligitur cum discretione &

moderate

moderatione; non enim ei licet eam crudeliter tractare ut servam & mancipium Tantò gravius erit peccatum, si graviter percutiat gravidam, & ad iram notabilem provocet; quia in his quandoq; periculum abortus est, aut gravis damni in prole. 2. peccat mortaliter, si contumeliosis verbis quæ graviter honori ejus aut existimationi officere possint, eam exasperet, nam licet ipse, quia caput uxoris est, possit eam verbis increpare; hoc tamen etiam intelligendum est moderate, non verò cum atroci aut gravi contumelia.

Adverte verò, inter personas viles in matrimonio non æstimari cõtumeliosa quædam verba, quæ inter honestas gravis essent ponderis. Unde secundum conditiones personarum potest hic ponderare injuriam Confessarius. Nam quandoque mox conjuges tixosi sunt & invicem clamorosi, mox pacati fiunt? & potius ex animi levitate & prava consuetudine, quædam effuriunt, quæ ex se gravia quidem videntur, inter ipsos tamen parum æstimantur.

man-

mantur, sed subitæ passioni adscribuntur, & fiunt sine intentione honorem alterutrius graviter lædendi. Si uxori dicit vir: *Tu mentiris*: Responderet idem viro mulier: nec se multum lædi in honore alteruter existimat: inter honoratos autem hoc gravi injuria duceretur.

IO. QUÆRO. *Quomodo peccet uxor in debito conjugali, aut in administratione rerum familia?* Sed de hac re sufficienter tractavi in *Candel. Myst.* de Maximis in fine, illuc Lectorem remitto.

II. QUÆRO. *Quale peccatum sit zelotypia mariti erga uxorem, vel è contrariis.* Resp. zelotypiam esse quemdam amorem intensum qui non patitur consortium in re amata: ideoque excessum in amore significat: qui quidem ex se non est mortale, frequenter tamè causa est peccatorum mortalium. Nempe ex hac zelotypia oriri possunt suspiciones & judicia temeraria in marito de uxore, vel in uxore de marito; & hæc cum sunt deliberata & volūtaria, mortale peccatum involvunt. Ex his etiam judi-

judiciis temerariis de infidelitate conjugis, oriuntur rixæ domesticæ, impro-
pena, & contumeliæ, quæ graves sæpe
sunt & mortales. Item dura propter
zelotypiam tractatio uxoris in viro
grave peccatum facit. Unde similia
ponderanda sunt à confessario, ut ju-
dicare possit de hoc peccato. Alioqui
zelotypia, siue amor conjugis nimis
intensus, licet aliquando suspiciones
adducat, seu vel leves, vel involunta-
rias, aut non deliberas, solum venialis
est. Vide quæ dixi in *Calend. Mijst. de
Zelotypia, Tractat. 8. Lect. 8.*

12. *QUAERO. Ad quid teneantur famuli
vel ancilla erga heros. R. teneri eis ex-
hibere obedientiã, honorẽ, & fidelita-
tem in obsequio pro quo conducuntur.
Quares: An famulus, casu quo res Do-
mini furto surripiantur, & ipse nõ accu-
set aut dissimulet, teneatur ad restitutio-
nem? R. teneri, quãdo ei domus vel re-
rum custodia à Domino est demanda-
ta, alias nõ. Neque enim ex hoc quod
sit famulus, tenetur ex justitia res Do-
mini custodire, saltem contra dome-
sti-*

fticos. Unde si alium famulum viderit aliquid surripientem, non tenetur lege justitiæ impedire, & per consequens nec restituere. Ille tamen cui inter famulos speciatim cura commissa est custodiendi res Domini, puta vinum, bladum, fœnum, tenetur ex officio etiam contra domesticos custodire, & damnum impedire, ideo quoq; si dissimulat, obnoxium se facit restitutioni, si illi non restituant. Contra externos videtur quilibet famulus ratione famulatus obligari ad res Domini tuendas, ita enim habet communis sensus, inquit Less. lib. 2. c. 13. dup. 10.

Quæres iterum, an sint peccata mortalia contra fidelitatem vel justitiam, si famuli clam à Domino surripiant quædam ad comedendum & bibendū? Resp. ordinariè furta famulorum vel ancillarum circa esculenta & poculenta in rebus ordinariis quas ipsi consumunt, quæ non solent accuratè concludi, nō censerī mortalia. Ratio est, quia hæc fere sciuntur fieri, & Domini patiuntur; ac licet id sibi displicere significet
magis

magis tamen displicet modus, quam substantia rei. Et idem notandum generaliter circa furta filiorum à parentibus, amicorum, vel familiarium, qui per verecundiam aut timorem non audent petere ea, de quibus tamen opinatur probabiliter Dominum in rei substantia non esse invitum. Ceterum vendere aut donare esculenta, poculenta, sine consensu heri, famulis aut ancillis non est licitum, cum Dominus rationabiliter sit invitus etiam circa substantiam; nisi donatio foret rei omnino levis momenti. Idem dicendum; si abuteretur famulus, aut ancilla ad computationes & commestationes; nam meritò id displicet graviter heris

13. *QUAERO. Ad quid teneatur Herus erga famulos?* Resp. teneri Herum famulis prospicere, in his etiam quæ sunt animæ & salutis. Unde tenetur illos qui sunt corruptis moribus, oburgationibus, & moderatâ etiam castigatione emendare: quod si hac via non possit, tenetur expellere, si probabiliter existimes meliores evasuros. Quod si pe-

si pe-

si peiores timeat reddendos, vel tandem si retineantur, redituros ad meliorem vitam, tunc non tenetur. Ita passim *Summista*. verbo *Familia*. 2. Tenetur Herus ad alimenta famulatu congruentia. 3. Tenetur ad justum stipendium persolvendum.

Quares, quodnam justum stipendium censeatur? Resp, illud quod passim in istis locis talibus famulis tali ministerio occupatis dari solet. Cum autem istud non consistat in indivisibili, sed sicut in rerum pretiis possit esse summum, medium, infimum: ut sit justum non debet esse minus infimo. Atque hinc infertur si nulla facta sit conventio de certo stipendio, sed res sit Domini arbitrio relicta, Dominus pro more patriæ debet dare stipendium quod non sit saltem infra infimum.

14. *QUAERO. An famulo qui ad annum locat operas suas, & anni medietate completâ vult recedere, teneatur herus ad medietatem stipendii?* Resp. non tenetur sed solum juxta arbitrium boni viri. Cum enim incommodum Domino possit

sequi

sequi ex eo quod recedat ante tempus per pactum constitutum, illud incommodum potest Dominus aestimare & compensare, defalcando aliquid de stipendio, Sic & ægrotanti famulo ad aliquod notabile tempus, aliquid mercedis potest subtrahi: quia fortè per aliud oportuit operas supplere, vel incommodum Dominus accepit, quod justè compensat: licet enim sua culpa nõ defecerit, tamen de facto operas nõ præstitit Domino necessarias, vel utiles.

15. *QUAERO. An famulus vel alius locans operas, cui herus dat stipendium minus justo, possit uti cõpensatione subtrahendo de rebus Domini, ut augeat stipendium suum?* Hic casus est satis frequens inter famulos & operarios, qui saepe queruntur stipendia esse justo minora, ideoque hoc titulo id alia via compensant. Resp. hoc non esse licitum, nisi revera iudicio prudentis stipendium non sit justum, nec solum lege gratitudinis, sed etiam justitiæ plus debeat. Duos hac in re casus indicant DD. Theologi:

Pri-

Primus, si paruo quidem preveloperari conventum sit, ea tamen mente, ut si plus Dominus servitio diligenter præstiterit non plus esset suppleturus, & hanc mentem si quando multiplicatis adverterit Dominus; tunc qui tale servitium enim ex justitia tenetur supplere, cessent præstare quod tacite id in pacto contineatur. Hinc non

Secundus, si pressus necessitate ex aliquid de quo convenit, quia Dominus amplius operatur, & dare noluit. Tunc enim quod operatur sartorum suam multo plus valentem tam parvum, & sic volo locet, non sponte facit, sed necesse ad aliquid compulsum. Tenetur ergo Dominus compensare Dominus supplere ad æquivalentiam. In ipsum quoque *Lessius l. 2. c. 12. dub. 10.* sunt opus f

Hæc tamen intellige, si Dominus esse justum parvum tali servitio egebat, vel si magnum in tantum opere de capit emolumentum. Quod si non minuendum egebat, sed solum ad preces alterius nudandum, pro lo maximo suo commodo admittunt. meritò potest minus offerre & dare. 16. Quia quia merces ultroneæ vilescunt. Vide quid est tractari potest cum *Less. Navar. c. 17. n. 109. pro pretio, p. & sequent.* vendiderit

Generaliter porro advertendum est ordinariè non posse uti compensatione famulante Domine

ret vel operarium, quando dubium est, an
 herus plus debeat ex lege justitiæ. Et
 stitunc non plus debere judicandum est,
 si quando multi alii facilè reperirentur
 tu qui tale servitium, vel talem operam
 cessent præstituri tali stipendio.

ur. Hinc non facilè excuso sartores; qui
 ex aliquid detinent ex materia in qua o-
 bli perantur, dicentes ob multitudinem
 rat sartorum non sibi solvi justum pre-
 par tium, & sic opus esse aliqua industria
 esse ad aliquid exiguum detinendum, quo
 mi compensent in æqualitatem. Nam hoc
 In ipsum quod multi eodè pretio parati
 sunt opus facere, facit quodammodò
 esse justū pretium; nam multitudo lo-
 n in cantium operas non parum facit ad di-
 no minuendum pretium pro tali opere
 nu dandum, pro quo multi paratos se ex-
 i sit hibent.

at 16. *QUAERO. Vtrum famulus cui ali-*
quid est traditum ab hero vendendū cer-
o pro pretio, possit retinere aliquid, si plus
vendiderit quàm erat præscriptū? Resp.
 est ordinariè non posse, sed totū illud de-
 ali bere Domino cedere. Nam quod Do-

F minus

minus pretium determinasse dicitur
 id fecit ne venderetur infra, nō autem
 ne venderetur supra, occasione obli-
 rā. Adde, quod talis famulus non ha-
 bet legitimum titulum quo aliquid
 eo pretio sibi sumeret; non enim
 tione rei veditæ; nam illa Domini
 nec ratione industriæ vel ministerii
 quia habet stipendium suum. Idem
 cendum de alio cui Dominus merc
 suas vendendas tradidisset, solvens
 pro labore & ministerio. Notant
 men hic aliqui, si famulus rem illa
 pretio è Domino constituto sibi com-
 pararet, & pluris postea suo nomine
 venderet, non facturum contra justitiam:
 quia justo pretio à Domino empta
 potestq; nomine suo justo pretio ven-
 dere. Hoc nempe verum est, si Domi-
 nus ei non mandarit, ut intra latitudi-
 nem justii pretii vendat quantum potest

17. *QUAERO. An famuli quibus com-
 missa est cura animalium, puta omnium
 jumentorum, equorum, certa portio
 illis distributa in alimentum illorum
 possint in scio heri surripere, ultra eam
 portio*

portione, scænum, avenam, & his simili-
 lia, in alimentum pinguius illorum ani-
 malium? Quotidiana hæc est quæstio,
 nam hæc ferè consuetudo inter famu-
 los viget, & excusant se aliter vegeta
 animalia vix posse conservare, vel apta
 reddere ad laborem ad quem à Domi-
 no destinantur. Afferuntque Dominos
 in hac portione danda nimis parcos
 esse, & graves labores supra vires ab
 animalibus exigere; ideoque necessa-
 riũ penè esse quaqua via aliquid cor-
 radere, hoc autem esse in profectum
 ipsius heri seu Domini, nihilque inde
 lucri sibi accedere.

1. Resp. cum sit Domini administra-
 re res suas, & dispensare pro sua pru-
 dentia, ordinariè debent famuli con-
 zenti esse portione sibi assignata pro
 pecoribus, quando judicat Dominus
 esse sufficientem. Nec enim ipsorũ est
 Domini res dispensare contra ejus vo-
 luntatem, idq; faciendo peccant; quã-
 vis quantitatem valde notabilẽ requi-
 ri existimem, ut pertingat ad peccatũ
 mortale in casu hujus nostræ quæstio-
 nis.

F 2

2. Resp.

2. Quantum ad restitutionem eo
 excusari; tum quia nihil inde lucri ac
 ceperint; tum quia fructus cessit Do
 mino in animalibus suis; tum qui
 Domini non solent requirere restit
 tionem in similibus. licet eis id disp
 ceat. *Adverte* tamen tantum posse in
 de damnum accedere Domino, ob di
 sipationem prodigam alimentorum in
 pecora factam per famulū, ut merito
 posset Dominus requirere, & servu
 teneri: quia contra rationabilem o
 mnino voluntatem Domini non so
 lum conducentia alimenta, sed & su
 perflua dederit. *Adverte* deinde Pasto
 res ovium qui ordinariē alunt ali
 quem numerum, sibi proprium in
 grege Domini (v.g. 10. vel 20. oves
 proprias habent) cum ultra rationa
 bilem portionem ab hero destina
 tam surripiunt, teneri saltem ad parte
 redundantem in oves proprias, qui
 inde lucrum & fructus eis accedit, qui
 in Dominum non refluit. Quod (si
 etiam contingit) suis solum ovibus
 aut vervecibus surripiendo pro

em eo ampliore portione, neglectis ovi-
cri ac us heri, tantò certius obligantur in
it Do integrum restituere.

3. Si Dominus imperitus sit agricul-
m qui ura vel rei pastoritiae, & ideò non
estit det, non obstante petitione famuli pe-
disp titi, portionem rationabilem pro pe-
osse in coribus; & ita facile fiet, ut deficient
ob di præ labore, v. g. cum arandum erit, si
rum i agatur de jumentis & equis; vel in
nerit hyeme ob auram frigidam & humi-
servu dam intermorientur, si agatur de ovi-
lem o bus. Tunc, inquam, & similibus casi-
on so bus, non peccat rei peritus famulus
& su clam supplendo, multo minus tene-
Pasto tur ad restitutionem, Ratio est; tum
at all quia agit negotium heri, tum quia i-
um in pse herus irrationabiliter est invitus.
oves Debet tamen prudenter in his judica-
tiona re famulus, ac in bona conscientia, nec
estina excedere rationabilem portionem.

18. *QUAERO. Ad quid teneantur sub-*
it, qu *diti erga Principes?* Resp. tenentur le-
H (si ges justas acceptare, & illis obe-
ovibu dire. Tenentur etiam justum stipen-
vide dium, & subsidium necessarium ad

conservationem Reipublicæ, eis pe
solvere.

19. *QUAERO. An teneantur sub
gabellas & vectigalia solvere sub pec
to mortali; Item, an defraudantes, vel
solventes teneantur restituere? Resp.*
plicem hic reperiri sententiam. Pri
teneri asserit, ob rationem dicta
quia jus habet Princeps petendi se
fidia necessaria ad manutentionem
quillitatis publicæ, inter quæ sunt g
bellæ legitimè & justè impositæ me
cibus vel rebus aliis. *Alia* sentent
asserit fraudantes non peccare mort
ferè, nec teneri ad restitutionem; e
quod lex de solvendo aliquo vectig
li, pænalis sit: adjicitur enim pœ
confiscationis mercium, si quis int
niatur fraudasse: unde non videtur
obligare ad pœnam, casu quo quis d
prehensus fuerit. *Prima* sententia ce
rior est & securior: *secunda* tamen n
caret probabilitate. Vide eam exp
catam latius apud *Less. l. 2. c. 33. dub.*
Certè multi ejus rei sibi non forma
conscientiam, si possint evadere su
sol

soluzione vectigalis. Et multæ ac confiscationes quas incurrunt illi qui deprehenduntur, facile compensant damna, quæ Princeps vel vectigalium redemptores possent incurrere ex non solutione aliquorum. Et quia hi sciunt multos non solvere, sed occultare merces, minoris solent conducere.

Sic in praxi quotidiana videmus, quod cum hi qui è vicino nobis regno *Gallia* transferunt vinum vel frumentum, in nostram *Ditionem Leodiensem*, vel *Belgicam* Provinciam, certum vectigal teneantur solvere Regi *Galliæ* super qualibet mensura frumenti, & super quolibet dolio vini, v. g. scutum aureum, iudicio tamen communi non censent se peccasse, si noctu transuerint sine solutione, vel alia via evaserint: nec puto eos solere à Confessariis condemnari ad restitutionem.

Neque hic majorem difficultatem faciunt transeundi sine solutione, quam efferendi aurum vel argentum è finibus Regni: quod ipsum prohibitum est edictis regis sub pœna commissi,

missi, sive sub pœna amissionis rei, sicut & prius. Putant ergo utrobique se non obligari nisi ad pœnam, casu quo fuerint deprehensi, non vero ad culpam. Huic sententiæ favet *Navar. c. 23 Angelus V. Pedagogium, Beja* in libello casuum conscientia, *Henr. à Gandar. o.* & alii.

20. **QUAERO.** *Quodnam censeatur justum vectigal. vel gabella?* Resp. ut sit justum vectigal, non requiri solum ut imponatur ab habente auctoritatem: sed etiam debere imponi ob justam causam, puta ob publicam necessitatē aut utilitatem. Item convenienti forma seu proportionē imponendum est, ut sit justum. Hinc ubi pauperes magis gravantur, justum non judicatur. Tale fuit vectigal, quod paucis ab hinc annis in Ditione Leodiensi impositum fuit, vocabaturque, *Oculus Molendini.* Quisque ferens mensuram grani ad molendinum, assem unum super illa mensura debebat pendere. Quod quidem non parum in gravamen pauperum pro ibus oneratorum redundabat.

bar, qui solo ferè pane vescuntur, & plus panis domi consumunt, quàm divites plerique.

21. *QUAERO. An leges Principis vel Pontificis obligent, si non sint promulgatae in loco?* Resp. multorum sententiam probabilem esse non obligare: legem, nisi promulgetur in Provincia. Quod ipsum de legibus Pontificiis ordinariè verum esse asserunt. Dico ordinariè, nam potest Pontifex aliter in ipsamet lege exprimere. Certè ad ordinatam & suavem dispositionem & gubernationem pertinet, ut lex ad subditos derivetur ut obliget, cum ergo pop. Christianus per Episcopos & Pastores gubernetur, Pontificia ad eos debet lex derivari, ut promulgetur; & si defectu promulgationis non servetur, excusantur subditi. Adde, non nisi post duos menses à publicatione obligare, secundum multorum sent. *V. Navar. c. 23. n. 44, S. à. V Lex.*

22. *QUARO. An lex non obliget in conscientia si non sit communiter recepta sive à maiore parte: item si consuetudine*
contra-

contraria censeatur abrogata? Resp non solum Jurisperitos sed & Theologos plerosque asserere in dictis casibus legem etiam in conscientia tunc non obligare. *V. Navar. c. 23. n. 41.*

Nota tamen Superiores posse peccare, quando absque justa causa non curant servari leges Principum aut Pontificum : & tamen inferiores tunc posse excusari: quia Legislatoris tacita voluntas fuisse videtur, ut non obligentur singuli privatim, nisi lex per Superiores communitatis in praxi deducatur. Potest quoque fieri, quod aliqui initio peccent legem transgredientes, aliis postea non peccantibus quia quando major pars non servat, connivet Princeps, qui initio non connivebat, vel non ita poterat præsumere connivere. Denique per majorem partem intelligenda est major pars Provinciae vel Diocesis, quæ cum occasione legis implendæ se offert, eam non implet; tunc enim vel non recipi lex, vel consuetudine abrogari censeatur.

Ex dictis infero, multas constitutions

tionem Pontificum, vel etiam Concil.
Trident. quæ variis in locis non fue-
runt promulgatæ, vel numquam fue-
runt usu receptæ, vel contraria con-
suetudine fuerunt abrogatæ; posse
censeri in praxi in illis locis non obli-
gare; nec facillè conscientias hic illa-
queandas esse, si constet de non usu &
contraria consuetudine.

23. *QUAERO. Qua ignorantia excuset
à mortali in transgressione legis huma-
na?* Resp. Navar. c. 23. n. 59, Sylvest. V.
In obedientia: Non committi peccatū
mortale in transgressione legis huma-
na, quando adest ignorantia, nisi sit
ignorantia crassa; aut supina, sive affe-
ctata. Videri etiam potest *Cajetan*, in
Sum. Verbo, *Præceptum*, in fine. Hæc
sententia est probabilis.

24. *QUAERO. Quanam ministeria &
obsequia possit exhibere famul^o, si vitio-
sus sit harus, si habeat cōcubinam, si qua-
ret deferri litteras ad turpitudinem pro-
vocantes, si velit eas per famulū scribi,
& similia? Idem queritur de ancillis, si
hera sit similibus dedita?* Resp. generali-
ter

ter famulus & ancilla possunt concupiscere ministrando ad substantiam domini indifferētis ex se, quando sine prava intentione id faciunt, ut obediant nec sine gravi incommodo aliter possunt facere, licet herus pravam habeat intentionem. Si autem aliquid jubet intrinsecè malum, non possunt obedire, nec cooperari. Ex his sequentes casus resolve.

1. *Casus.* Ancilla potest juvare herum ad se ornandum, licet illa hoc ornatum velit placere vel allicere adulterum. Potest illi adultero venientiam aperire jubente heri; potest lectum sternere, quāvis sciat in eo peccatum committendum. Iussu heri potest vocare amasium, ut illi alloquatur in horto vel vinea, potest vocare ad cœnam, licet putet postmodum peccatum secuturum. Sic & famulo erga herum dicendum.

2. Famulus potest comitari Dominum ad locum ubi peccabit; indicat domum mulieris de qua interrogat licet meretrix sit; vehere eum illuc.

aurig

auriga sit: imò aliqui dicunt posse sustentare eum, aut levare pedem, si per fenestrâ velit ingredi, quia hæ actiones ex se sunt indifferentes, licet ab hero ad pravum finem ordinentur.

3. Non potest literas scribere, aut internuntius esse, si jubeatur vel scriptis vel verbis invitare eam ad peccandum; quia hoc cõsetur intrinsecè malum, & proximè est cooperari ad malum. An autem possit litteras deferre in quibus scit invitari ad turpitudinem per herum, aliqui disputant. Et alii quidem negant, alii affirmant.

Certè si famulus deferens litteras duelli, & si aliter jubente hero non possit facere, censetur mortaliter peccare, & cooperari peccato heri, ac propterea excommunicatione plectitur, cum tamen hic videatur nudum ministerium; non video quomodò facile possit excusari à peccato mortali, qui litteras ad turpitudinem provocantes defert sciens.

G

CAP-

Resolutiones circa V. Decal. Præcept.

i. **Q**VAERO: De quibus interrogandum
sint pœnitentes circa Præcept.

Resp. 1. An pugnaverint, vel alios ad pugnam excitaverint? 2. An occiderint vel voluntatem occidendi habuerint quanto tempore durarit, an frequenter renovata fuerit? 3. An familiariter percutiendo crudeliter quis tractaverit? 4. An grave malum minatus alicui fuerit? 5. An grave malum corporis vel animæ ex vindicta desiderarit, vel imprecatus sit? Denique de odio, ira, inimicitia hic interrogandi sunt.

2 **Q**UAERO, Quando homicidium excusetur à peccato? *Resp.* varios casus recenseri? aliquot frequentiores hic commemorabimus, ex quibus de cæteris judicandum.

1. *Casus:* Licet occidere alterum in vitæ suæ defensionem, si fiat cum moderamine inculpatae tutelæ; hoc est, cum ea moderatione sine qua injuriâ arceri non potest. Ex.gr. Tu me aggredieris, nec vitam possum defendere, nisi te

occi

occidendo: tunc mihi id licitum. Si autē me percussisti, & fugis, nec mihi jam periculum vitæ est; non possum te insequi & occidere; quia excedo moderamen inculpatæ tutelæ, nec tunc tam defensio censetur; quàm ultio.

2. Si accedis ad me feriendum, nec possum evadere, nisi fugiā, aut te præveniam; non teneor fugere, si mihi inde periculum ignominia, sed possum te prævenire, nec teneor expectare donec percutias. Idem dicendum; licet necdum accedas, sed tamen instructus sis ad me invadendum, nec possum evadere nisi præveniam. Exemplum dari solet de marito qui pugionem condidit sub cervicali, & omnia ostia concludit, ut uxore interficiat, illa potest prævenire, si aliter nequit evadere.

3. Si per famulum vel sicarium staveris me occidere, nec spes sit evadēdi nisi te occidam, possum id peragere: quia parum est quod per te vel per alium me invadere pares. Imò si conjuraveris in necem meam, & continuo insidieris vitæ meæ, nec alia via super-

fit mihi evadendi, possum te præveneré, quia non teneor continuò me concludere domi, cur in exteram regionem abire. Unde tunc censetur potius defensio, quàm aggressio, maxime si monitus fuit is qui conjurabat aut insidiabatur, ut desisteret. Nam & in foro externo, si occisus minatus erat mortem occidenti, & erat consuetus minas suas exequi, excusabitur occidens, ut tradit. *Navar. c. 15. n. 3.*

4. Si falsis criminationibus per testes subornatos vitam meam impetis in iudicio, nec aliter valeam evadere tuum falsum testimonium, periculum vitæ meæ inducens, multi putant posse tibi à me mortem inferri; est enim non tam invasio, quàm defensio. Pro hac sententia citatur *Bannez 22. q. 64. a. 7. dub. 7. Pet. Navarr. Cajet. & alii.*

3. *QUAERO.* An propter defensionem honoris sui possit quis alium licitè interficere? *Resp.* Quibusdam casibus id licitum esse.

1. *Casus.* Est certus, pro defensione pudicitiae & honoris licere mulieri,

add.

adolescenti, virgini, in vasorem occidere, si aliter evadere nequit.

2. Viro honorato licet occidere in vasorem, qui fustem vel alapam nititur impingere, ut ignominiam inferat posito quod aliter hæc ignominia vitari nequit Ita *Less. cum multis, lib. 2. c. 9. dub. II.*

Hoc verum esse potest quandoque in Nobilibus. in Militibus maximè Officiatis, & similibus, quia apud illos pluris longè æstimatur honor, quam damnum grave in bonis tēporalibus; unde si licet defendere sua bona temporalia etiam occidendo furē, ut mox dicemus, quidni etiam ad defendendum honorem pluris æstimatum.

3. Ob eandem rationem, multi putant virum nobilem, vel honoratum, contumelia atroci affectum, vel injuria, puta alapâ percussum, etiamsi qui percussit fugiat, posse insequi, & tantum verberum vel vulnerum infligere quantum necessarium putatur ad honorem recuperandum. *Navar. c. 15. n.*

4. *Henriquet, & alii.*

Nota hæc vix habere locum in Ecclesiasticis, aut Religiosis, quia illi potius laudi est, quam ignominia, non repercutere, sed pati. Immò hi tenentur ex charitate fugere, quando ab aliis immineret ipsis periculum vitæ, fugâ possint periculum evadere; aliter verò non tenentur quibus ignominia verteretur. Nec refert quod vita alterius & salus præferenda ab omnibus videatur honori, vel bonis aliis; quod id non est necesse, quando quis eam malitia periculo exponit, sicut fit a injustè alium invadente,

4. Si quis criminationibus falsis apud Principem, Judicem, vel viros honoratos famam alterius auferre nititur, nec alia ratione quis possit damnum illud famæ advertere, existimat *D. Bannez* cum quibusdam, morte alterius id posse. Sed in praxi id improbari solet, & vix locum habere potest. Nam vel fama jam est ablata, & sic per mortem infamantis non restituetur, vel non est ablata, & tunc ferè contingit alia via posse impediri ejus abolitionem.

tionem. Per hæc etiam cædibus occultis via aperiretur in Repul. Ita Less. lib. 2. c. 9. dub. 12. & alii.

4. **QUAERO** An quando quis provocatur ad duellum, & nisi acceptet, ignavus reputabitur, nec ullam promotionem militare spectare potest, immò si sit Capitaneus, vel in militia officarius, milites tamquam ignavo & vili nolent obedire, denique coram Nobilibus ignominia notabitur; nec audebit coram illis comparere sine dedecoris nota: An, inquam, his positis, possit acceptare? Videtur quibusdam probabilis sententia affirmans, ob rationes sequentes:

1. Ratio est, quia talis provocans est invalor honoris alterius, & moraliter loquendo non potest aliter suum conservare honorem nisi acceptando.

2. Quia quando quis injuste invaditur, nõ tenetur fugere, si fuga sit ignominiosa. At non minus est ignominiosum in casibus dictis respuere duellum: cum revera passim dedecus gravissimum sit apud Nobiles, æstimeturque magis: quàm bonorum fortunæ amissionem.

fio: immò quàm ipsa mors; erga ta
dedecus ei licet repellere.

3. Quia saltem licebit acceptare no
animo provocantem interficiendi, s
comparendi in loco, ne famam stren
viri, æquè charam Nobilibus ac
ipsa vita, amittat. Quod si provocat
invaserit, provocatus statuit se defen
dere cum debito moderamine.

4. Quia acceptare & comparere
tali loco non videtur intrinsecè ma
lum, sed indifferens cùm possit bene
& malè fieri; ergo cùm justa causa sub
est, nempe conservatio honoris, pote
rit licitum esse.

5. Quia quando est necesse ad vita
defensionē, licet acceptare vel offerre
duellum. Ex g. Si te inimicus armatus
inermem reperiens, permittat ibi ar
ma, ut militariter te occidat, vel si ro
ges, ut arma tibi permittat, id licet tibi
ibi, quia est defensio: quidni & hic co
fit defensio honoris tui, nec aliter pos
sis? Hæ rationes ex *Lessi. & Filiucio de*
ducuntur; & his rationibus (testis est
Filiuc. & Bannez 2. 2. q. 64. ar. 2. dub.)

& San-

Sanchez de preceptis l. 2. c. 39. (aliqui
eam tenent ut probabilem.

Sed quoniã Ecclesia universim du-
ella gravissimis sub censuris prohibet,
sententia ista nõ judicatur secuta, nec
facile sequenda; quamvis Nobiles mul-
tum soleant has rationes amplificare
& ponderare. Atque utinam pondus
istud foret in statera & siclo Sanctua-
rii, & non in statera & siclo fallacis
sæculi. Itaque honor videtur conser-
vari in tali provocatione, si dicat pro-
vocatus, se ad id paratum, si decreta
Ecclesiæ & Principum id permetteret,
idque ostensurum quid possit, si non
proditoriè, sed palam aggrediatur,
quocumque loco vel oportunitate.

Sed de duello fusè egi in *Candelabr.*
Myst. Tract. 5. in Resolut. de Pœnitent. c.
5. Item invenies Bullam *Clem. 8.* cõtra
duellantes, in *Horto Past. in V. Precept.*
Decalogi.

5. *QUAERO. An liceat furem occide-
re ad defendendum res suas? Resp. Ex
communi sententia id licere, si res sit
magni momenti, nec spes sit aliter re-*

cuperandi. Si enim est pravi momenti, non videtur concessum jus defensionis cum tanto alterius malo, Si etiam res sublatâ fur fugiat, & per Judicem vel alio modo possit res facile recuperari, esset contra charitatem per rei defensione occidere. Ex his reflo-
yuntur casus sequentes.

1. *Casus.* Si nitatur quis furari, ego furtum impedire: tali possum vim vi repellere: uti qualis necesse est ut res salva maneat: licet per Judicem possem recuperare. Quia ratio dicit, ut non patiar res meas in mea presentia abripi, dicitur ut tantæ improbitati resistam vim vi repellendo.

2. Si fugiat cum re mea, possum inferre vim vi repellendo: qui & ferire, imò bombardâ illum perire. Ex gr. fugit cum equo meo.

3. Si res mea certo loco posita est, & quis injuste & vi me impediatur ingredi, possum vim vi repellere, si Judex non adsit cujus operam possum.

4. Si conjuraveris in mea damna, vel iniquè impediatis meos credito-
res.

res, ne mihi satisfaciant; vel falsâ ac-
cusatione & testimonio falso me co-
neris fortunis evertere, nec alia ratio
impediendi suppetat, possum nece tuâ
Less. lib. 2. c. 9. dub. II. In praxi autem
vix casus videtur occurrere, ut alia
via non possit huic malo occurrî.

5. Si malefica vel saga positis certis
signis per dæmonē continuò noceat,
vel bonis meis, vel animalibus meis,
vel sanitati meæ aut meorum: Si aliud
remedium non suppetat, possum co-
gere verberibus, ut ab injuriâ cesset;
si certo cōstet illam esse mali auctorē;
quia est hic quoddam jus defensionis.

6. *QUAERO. Utrum pro defensione al-
terius vel rerum ejus, liceat invasorem
occidere? R. I.* nos posse vitam proximi;
si injustè impetitur à privato, tueri e-
tiam cum illius interfectione, si aliter
fieri nequit. Idem dicendum de hono-
re, pudicitia, & fortunis, si sit sangui-
ne junctus, vel nostram opem expo-
scat. Injuria enim quæ fit personæ no-
bis conjunctæ, in nos redundat. *Resp.*
2. Nemo tenetur tueri vitam hominis

privati cum probabili periculo vite
 suæ. Immò nemo tenetur, quando non
 potest sine occisione inuasoris, qui
 nec propriam vitam tenetur tueri pe
 mortem alterius. Qui verò non de
 fendit vitam alterius, vel ejus facultate
 tes, cum commodè possit, mortaliter
 peccat contra charitatem. Illi verò et
 iam peccant contra justitiam, qui ei
 officio tenentur, ut Judices, Magistra
 tus, Principes, & hi tenentur ad restitu
 tionem, si commodè defendere possunt
 sint, & non faciant. Non tamen tenen
 tur vitam privati defendere cum pe
 riculo vitæ, sed pro bono publico illam
 tenentur exponere. Ex.gr. Tenentur
 hostes Reipublicæ & latrones è medio
 tollere, causam autem particularis
 alicujus non tenentur cum tali
 li discrimine tueri, Propriè enim & di
 recte sunt custodes boni publici, & ob
 ficium publicum ad id eos obligat.

7. *QUAERO. An homicidium casuale
 sit peccatum?* Resp. illud quod omnino
 casu fit, non esse peccatum, posse, ta
 men esse casuale, taliter quod in se nõ
 sit

fit voluntarium, in causa tamen censeatur volitum. Debet autem causa esse quodammodo efficax, ita ut ex illa soleat talis effectus sequi ut censeatur quid in causa volitum: si enim conjungatur per accidens, tunc non censebitur volitum in tali causa. Hinc resolvuntur casus sequentes.

1. *Casus*: Si alicui infixisti vulnus non lethale, sed mors secuta est; vel malitia, vel gravi negligentia medici, aut ipsius temeritate læsi, non censearis homicida; nec ut talis teneris ad restitutionem, sed ut vulnerans teneris compensare damnum, secundum qualitatem vulneris.

2. Reparans domum tuam, lapides & ligna dejicis in plateam, & casu transeuntem hominem occidis, censearis homicidii reus, si non præcavisti, & præmonuisti, nullamque diligentiam feceris. Ratio est: quia actio ista periculosa erat, & tenebaris diligentiam adhibere, alioqui vulnus vel mors inde secuta tibi in causa censeatur voluntaria.

3. Jacularis ad scopum, vel etiam ad feras, circa locum ubi transitus est communis nec adhibes omnimodam diligentiam, & cautionem: certè si quis transiens lædatur, tibi imputatur & illa læsio à te volita indirectè sive in causa censetur; quia actio illa erat periculosa, ex qua similes effectus sequi nati sunt.

4. Si sufficientem adhibuisti cautionem ne ex actione tua quis incommodum acciperet, tunc etiam si forte secuta sit mors alicujus, non tibi censetur voluntaria; quia licet actio fuerit periculosa, periculum tamen censetur absterxisse diligentia. Ex.gr. Tu das operam venationi, & advigilas ne quis fortè lædatur; casu autem crepuit bombardam, aut homo ferina pelle reclusus te decipit, non erit tibi mors illius imputanda; Et id verum est sive licita sit venatio, sive illicita; puta si Sacerdoti vel Religioso id contigerit. Quia licet peccet venando, non tamen peccasse censetur homicidii peccato.

§. Sacer-

¶ Sacerdos peritus Chirurgiæ incidit apostema, & monet ægrum ne se committat aëri, ille verò confert se ad messem, hinc corripitur febris & moritur. Illa mors non imputatur Sacerdoti, nec fit irregularis; quia fortè licet peccaret sese miscendo in Chirurgia, si tamen securus est artis præscriptum, mors ex alterius negligentia subsequens non censetur ei voluntaria, nõ plusquã laico alteri qui idẽ fecisset.

8. *QUAERO. An liceat quandoque seipsum interficere?* Resp. non licere directè & ex intentione. Indirectè tamen & per accidens, quando justa causa subest, licet aliquid facere vel omittere, unde certò scitur mors secutura. Ratio est, quia non est prohibitũ homini ne vitam suam unquam periculo exponat, sed tantum ne absque causa exponat, & velut ex intentione illam quasi exosam auferat. Hinc resolvuntur casus seq.

Casus 1. Potest quis servire infectis peste, etiam si putet se inficiendum & mortem obiturum.

2. Potest miles imò tenetur, non deserere stationem, licet certus sit se occidendum.

3. Potest quis inijcere ignem in pulverem tormentarium ad evertendam turrim hostilem, etiamsi certus sit se quoque mox dissipandum.

4. Possunt milites navales, ne ipsi & navis in potestatem veniant hostium, in mare se dejicere, ignemque in navem inijcere, licet certissimæ mortis periculo se exponant. Similes casus sunt quotidiani in bellis.

9. *QUAERO.* An quandoque licitum sit se mutilare? *Resp.* id licitum esse, quando id judicatur necessarium ad corporis necessitatem, v.g. si cancer membrum occuparit; si vipera morderit, nec aliud sit remedium. Imò adverte quod homo teneatur permittere sibi membrum secari, si Medici judicent necessarium, nec magni dolores perferendi sint; quia tenetur vitæ suæ periclitanti mediis ordinariis non admodum difficilibus opitulari. Ingentes tamen cruciatus non tenetur

per

permittere, nec ad hoc potest cogi, non enim quis tenetur tanto cum cruciatu vitam conservare, incerto maximè eventu.

10. *QUAERO.* *An optare sibi mortem, sit peccatum mortale?* Resp. voluntariè sibi optare ex desperatione, vel impatientia gravi tamquam malum, sine dubio esse peccatum mortale. Optare autem sibi mortem ad finiendas ærumnas ex tædio aliquo vitæ miserabilis, non est mortale; maximè si id quis committat voluntati divinæ: imò non est quandoque peccatum. Sic sæpe miserabiles personæ, vel ægritudine afflictæ optant ut Deus eos ex hoc mundo eripiat sine peccato. Sic & aliis mortem optare quandoque licet ex causa aliqua, non ex vindicta aut odio rem tamen committendo divino beneplacito. Sicut enim gaudere possumus de morte alterius, non tamquam de ejus malo, sed quia per illam à variis afflictionibus est liberatus: sic & ob eandem causam optare licet, ut tamè obviat inculpate. Sic Matres quandoque

doque, aut Parentes pro lib. onerari, optant aliquas ex illis defectuosas, mæcas, claudas, aut aliter afflictas, morti sibi eripi; tum ut hæ his eripiantur ærumnis, & pauperie secutura, tum ut ipsi exonerentur ab eis tanta eum difficultate alendis.

II. *QUAERO. Alicui minas intentatis quale peccatum sit Resp.* si malum comminatum est grave & injustum, & proveniat ex voluntate ultionis, peccatum est mortale. Si verò justum est licet quis comminando nimis irascendatur, ordinariè est veniale. Si denique peccatur ex fictione, v. g. si quis minatur solo verbo, animo non exequendi, sed ad terrendum delinquentem, peccatum est etiam veniale mendacii officiosi; nec erit mortale, nisi aliunde grave aliquod incommodum ex minis intentatis proveniret.

12. *QUAERO Quale peccatum sit procurare abortum? Resp.* Ex proposito id facere peccatum esse mortale; & si fœtus sit animatus, esse verum homicidium; si autem inanimatus, esse simile

simile peccatum, quale esset procura-
 tiopollutionis voluntaria. Est autem
 fœtus animatus; secundum aliquos,
 die quadragesimo à conceptu si sit
 masculus, si fœmina die octuagesimo; sed
 alii verius putant, fœtum animari sta-
 tim ac formatus est: formationem au-
 tem absolvi docet *Hyproc. l. de nat. fœt.*
 masculi quidem aliquando die trige-
 simo, aliquando trigesimo quinto ali-
 quando quadragesimo, aliquando qua-
 dragesimo quinto. Fœminæ verò nunc
 trigesimo quinto, nunc quadragesi-
 mo, nunc quadragesimo quinto, nunc
 quinquagesimo. Resp. 2. Si absque
 proposito abortus, fit aliquid à mulie-
 re, vel ab alio, quo tali periculo pro-
 babiliter exponitur, etiam peccatum
 mortale incurritur. Ex.gr. Potest esse
 peccatum mortale, gravi nimium o-
 neri humeros supponere, immodera-
 tis laboribus sese divexare, imò ut ali-
 qui addunt, immoderatis tripudiis &
 saltationibus se defatigare. De abor-
 tu dixi in *myst. Candelab.* agens de ca-
 sibus reservatis, *Tract. 5.*

13. *QUAERO. An si Mater sit in periculo, liceat praeberere pharmacum, quo proles putetur moritura?* *RI. 1.* Non licet ei eo animo praeberere, ut faciat prole abortum, sive antè, sive post animationem; quia numquam licet directè intendere, vel procurare abortum non plusquam liceret procurare & intendere pollutionem ob sanitatem. Sed tamen non superfit aliud remedium periculosè laboranti, potest praeberere pharmacum directè tendens in curationem, etiamsi putetur abortio secutura, modo proles nondum sit animata. Quia tunc censetur solum permissa abortio; non procurata: supervenit enim præter intentionem. Mater jure suo utente, cum habeat jus ad utendum remediis vitæ suæ necessariis. Simile est si quis ob sanitatè deberet quibusdam medicamentis vel cibis, ex quibus pollutio putaretur secutura, quam tamen non intendere: censetur solum tunc permissa & per accidens superveniens.

Resp. 2. Si proles sit animata, non

licet

licet præbere Matri medicamentum cum notabili periculo prolis, si certū erat vel valde probabile prolem alias vivam edendam. Ita *Navar. Less.* & alii contra *Cordubam & Lopez.* Ratio est, quia quilibet tenetur præferre salutem æternam proximi, vitæ suæ corporali, & hanc pro illa exponere: ergo ad hoc tenetur Mater, abstinendo à medicamento, ut possit proles ad Baptisimum servari. Si tamen esset valde probabile non adhibito remedio utrumque moriturum, & illo adhibito Matrem servari posse; tunc licet.

14. *QUAERO Qualiter peccet Mater infantulum in lecto secum collocatum dormiendo opprimens?* R. de hac re fuisse à nobis resolutum esse, *Tract. 5. de Pœnit. in Candelab. myst.* Vide ibi dicta Casu decimo reservato.

15. *QUAERO. Ad quam restitutionem teneatur homicida?* Resp. teneri ad expensas factas in curationem vulnerati. Teneri etiam ad lucrum quod facturum erat, si quantum lucrum valebat, si quæstum aliquo officio

ficio

ficio vel artificio faciebat: illa tamen detrahi possunt, quæ ipse consumeret solebat: hæc autem æstimatio lucrum cum ignoretur quamdiu victurus foret, secundum Prudentum iudicium facienda est.

Quæres, si homicida moriatur, an teneantur hæredes ex ejus bonis? Resp. non teneri, quia cum succedant in locum ejus, & in bona & jura, etiam in obligationes ad quas tenebatur ex justitia, & licet lis in foro exteriori super hoc non esset contestata (quod aliqui videntur requirere) id tamen nihil refert ad obligationem coram Deo & conscientia.

16. *QUAERO. An occisor teneatur creditoribus qui per id sunt impediti ne solutionem accipiant? Resp. ex communi sententia & praxi non teneri, quandoquidem satisfaciat hæredibus pro spe lucrum quod facturus erat, jam in hæredes translata censetur obligatio ut ab eis solutionem petant.*

Quæres, an aliquid restituere teneatur pro expensis funeris? Resp. non tenetur.

neri, quia etiam si morte naturali ob-
iisset, nihilominus hæ expensæ fieri
debuissent. Unde per occasionem nil
damni est ex hac parte illatū; nisi forte
ex acceleratione, eo quod citius sum-
ptus isti fieri debuerunt, sed hoc exi-
gui est momenti. Quod si forte in lo-
co occisus sit ubi majores sumptus
quā domi fieri debuerunt, poterit hoc
inter damna emergentia æstimari.

*Quares iterum: Utrum animæ occi-
si aliquid sit restituendum? Resp, ex
justitia nihil illi deberi, ex æquitate
tamen & salubri consilio, homicidæ
imponi orationes, Missas, eleemosy-
nas, pro anima defuncti.*

17. *QUAERO, Quando rixa sit pecca-
tum mortale? R. Rixam vocati, quan-
do aliqui se invicē percutiunt aucto-
ritate privatâ; & hæc etiam hoc præ-
cepto prohibetur.*

Est autem illa ordinarie peccatum
mortale in invadente: quia contra cha-
ritatem proximo nata est nocumen-
tum inferre. In defendente autem po-
test esse nullum, si se defendit animo
repel-

repellendi allatam injuriam cum debito moderamine; erit autem veniale si paululū excedit moderamen. Quod si verò obfirmato animo insurgit quia adversus impugnantem, vel ei inferat gravem læsionem & notabile nocuumentum, tunc vindicta est & mortale peccatum,

18. *QUAERO. Quid dicendum de rixis puerorum, vel adolescentulorum factis se invicem percutientium?* Resp. hoc ordinariè non peccare nisi venialiter quia leviter faciunt & ex parvo odio. Ita *Binsfeld. part. 2. c. II.* Nec displicet opinio *Soti*, quam approbat *Em. S. V. Excommunicatio*, Clericos pueros se invicem percutientes usque ad sanguinis è naribus effusionem, etiam in Ecclesia, non esse excommunicatos. Certè, inquit *S. A.*, tales non absolute, sed castigatione sunt purgandi. Iamquàm quidam existimant ante annum pubertatis censuras non obligare. *S. A. in 4. dub. 12. q. 1. ar. II.* dicit generaliter pueros Ecclesiae legibus non obligari ante annum duodecimum. Cõformiter

per loqui videtur *Valentia tr. 4. d. 7. q. 9. p. 4.*

19. **QUAERO.** *Vtram qui mandat, vel consulit aliquem percuti, vel vulnerari, teneatur de damno inde secuto?* Resp. teneri, si efficax fuit mandatum aut consilium, ita ut ex vi illius alter ad malefaciendum inductus fuerit.

Sed quid si ante executionem, mandatum vel consilium revocarit? Resp. communis sententia tenet, si revocatio mandati innotescat illi cui mandabatur, jam mandantem non teneri de damno, licet alter progrediatur, quia tollit causam. Quantum autem ad consilium, plerique opinantur non esse eandem rationem atque mandati: Unde si machinanti malum occultam nocendi rationem aperuisti, ostendens id esse è honore ejus, vel utilitate, ut se hac ratione vindicet, &c. dicunt non sufficere quod revoces ostendendo rem esse illicitam, & contra suadeas: sed necessarium esse ut persuadeas: quia quamdiu ratio & via consilii quod

H

dedi-

dediti, eum mo vet, censeris influent
moraliter ad actum damnosum, qu
inde alteri obvenit. Altera tamen sen
rentia non est improbabilis, sufficit
scilicet quod consilium quantum
re est, revoces, & contrarium suades
licet non persuadeas; Nec ponit d
stinctionem inter mandantem & coo
sulentem. Ratio esse potest, quia qu
do quis fecit quod potest, ut con
siliu quod dedit, evertat, & ostend
esse iniquum, & non sequendum; ne
videtur alter tam ejus consilio move
ri, quam suâ malitiâ. Ita tenet Pet. Na
varr. l. 3. c. 4. n. 27. citans Io. Medina
Idem docet Salonijs q. 62. art. 7.

20. *QUAERO. An rustici qui passim
spoliantur à militibus transeuntibus, &
verberantur, mutilantur, & si
sint in milites similiter agere, eos in
vis expectando, ex equis exturbando
liando, verberibus afficiendo, mutila
do? etiam si non sint milites illi de num
ro illorū à quibus spoliati sunt & lesi
modo sint de eadem cohorte aut legione
& sub iisdem Tribunis militent* Cal

est quotidianus in his bellis, ubi milites mira iniustitia divexant agriculas non hostiles, sed suos, vel neutrales; unde & illi non ducunt conscientia, si milites à turma separatos possint aggredi, etiam quoslibet.

1. Non esse hic laxandas habenas, consilium dando pro simili ultione, vel dāni satisfactione, privatā auctoritate quæsitā; immò potius à similib. eos dehortari oportet, quia periculosa plenū opus aleæ est, & facile exceditur moderamen inculparæ tutelæ.

2. Probabiliter post factum eos posse excusari à restitutione & peccato, quia cum nullam sperant à Ducibus militum, vel à Principibus suis, iustitiæ hac in re administrationem, vel compensam & satisfactionem damnorum, ipsi illā videntur posse quærere quodam naturali defensionis jure. Nec refert, quod non sint iidem numero milites, quos aggrediuntur, qui eos spoliarunt & divexarunt, quia censentur quid unum cum aliis, quando sunt ejusdem cohortis vel legio-

nis. Unde dum Duces vel Officia-
 ris, tota cohors cēseri potest obnoxia.
 Sic enim & ipsi milites, si ab aliquibus
 de aliqua urbe damnum passi sunt, in
 cives omnes illius communitatis in-
 surgere se jure posse putant, vel detru-
 nendo, vel spoliando, vel damna repe-
 tendo. Sic ergo & ipsi corpus unum
 politicum efficiunt, cui morali quadi-
 ratione imputantur hæc damna. Est
 aliquid hic non ab simile *Reprasalia*
 per quæ agitur in cives quoslibet ali-
 cujus cōmunitatis, licet innocui sint
 & nullum læserint hi in particulatim.
 Hoc tamen differentia est in nostro
 casu, quod *Reprasalia* indicantur au-
 ctoritate publicâ; hi autem in milite
 istos agere videantur auctoritate pri-
 vatâ, quia satisfactionem nullatenus
 sperant alia via.

CAPUT VI.

Resolutiones circa VI. Decalogi

Præceptum.

I. **Q**VAERO. De quibus sint inter-
 gandi pœnitentes circa hoc.

ceptum

ceptum? Resp præter perfectas species luxuriæ, fornicationem, stuprum, adulterium, raptum, incestum, sacrilegium, pollutiones voluntarias, sodomiam, &c. hic prohiberi etiam omnia quæ ad similia tendunt. Ideo hic interrogandi sunt. 1. An non habuerint cogitationes venereas, quibus voluntas efficax juncta fuerit? 2. An non saltem delectationes internas habuerint, cogitando de rebus venereis, & licet illas opere complere noluerint, an tamen in illis non sibi complacuerint? 3. An non permiserint tactus inhonestos, vel exercuerint tales tactus erga alios vel erga se? 4. Interrogandi de osculis ex quibus motus libidinosi exurgere potuerint. 5. De visu libidinoso, de verbis inhonestis, de cantionibus & libris impudicis, choreis, & similibus.

2. *QUAERO. An oscula sint peccata mortalia?* Resp 1. Certum est illa quandoque non esse peccata, si ex amicitia & benevolentia honesta, juxta patriæ consuetudinem fiant. Certum etiam

est esse mortalia, si fiant causa delectationis concubitus extra Matrimonium : ita ut quis sibi in osculo tamquam signo repræsentet copulam, & in ea delectetur, vel per illa allicere intendat ad cubitum. Resp. 2. Oscula etiam judicantur mortalia, licet quis non intendat copulam, nec in ea delectetur ; sed solum illam voluptatem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, quærat, non intendendo ulteriorem. Hæc est communior sententia, & tutior. Altera tamen quæ dicit solum esse venialia, si absit periculum consensus ulterioris, & periculum pollutionis, nō videtur improbabilis. Hanc tenet *Mart. de Magistris*, & alii qui recentiores, in eamque inclinavit *Navarr. de Pœnit. dub. 1. c. Si cui*. Atque rationes hujus sententiæ prosequitur *Less. l. 4. c. 3. dub. 8*. Certè difficile planè est Confessariis, peccati mortalis mox condemnare juvenes nobiles & procos, quos passim reperies aliquibus osculis uti erga procas, atque puellas quas visitant, nec sibi hinc

hæ formant gravis peccati conscientiam, licet aliquam inde voluptatem perceperint, vel quæsierint; si modò nulla intervenerit voluntas alicuius attractus impudici, vel periculum actus aut consensus ulterioris. Difficile etiam est denegare eis absolutionem sacramentalem, si à similibus osculis abstinere noluerint, cum asserant impossibile moraliter esse, ut non incurrant quandoque oscula cum aliqua voluptate, eo quod deceat ipsos conversari inter puellas ad ambienda matrimonia; & honestas recreationes, & familiaria colloquia eis exhibere. Ratio igitur cur non videantur statim peccati mortalis condemnandi, est: quia voluptas illa ex osculo captata videtur spectare ad parvitatem materiæ in hoc genere peccati, & solum remotè disponere ad voluptatem mortalem, quæ in concubitu carnali est: Sic ergo voluptas illa venialis censeri potest, sicut quæ remotè disponit ad alia peccata mortalia, solùm in genere peccati venialis censentur: v. g. litigiũ disc

ponit ad homicidium, haustus immo-
 deratus ad ebrietatem; non tamē mor-
 sunt mortalia peccata. Quapropter et-
 tiā illa voluptas inter sponfos & spon-
 sas non censetur peccatum, si sit sine
 periculo pollutionis: quia nimirum
 remotè solum disponit ad actum prin-
 cipalem conjugii; ratione verò spon-
 salium jus eis ad ista competit, quia
 sunt solum dispositio & præparatio ad
 matrimonium. Itaque in aliis quam
 sponfis judicabitur voluptas illa ex-
 gua, sicq; venialis, nisi sit cum libidi-
 nis ardore conjuncta, & periculo pol-
 lutionis. Unde aduerto multos qui
 peccati mortalis condemnant oscula
 sic loqui: *Qui osculis vacant libidi-
 nosè*, ita loquitur Cajet. Armill. &
 alii; ideoque videntur loqui de replen-
 catis osculis, & cum mora & ardore
 libidinis datis: ob periculum enim
 consensus ulterioris, vel pollutionis
 mortales sunt. Resp. 3. Amplexus, oscu-
 scula & tactus qui non sunt turpes
 impudici, si solum habeantur ex joco
 vanitate, levitate, absque delectatio-

ne venerea intenta, & si insurgat eâ re-
 pressâ, non excedunt culpam venia-
 lem; censetur enim ea materia exigua,
 si delectatio venerea absit. Ant. Diana
par. 5. tract. 5. resol. 5. Hæc omnia de
 osculis hic tractata, de verbo ad ver-
 bum citat. Et quia ipse *in rebus vene-*
reis negat parvitatem materia dari, sen-
 tentiæ, quam non improbabilem hic
 dicimus, adversatur. Quare ad mayo-
 rem rei explicationem.

Adverte 1. Quæ hic trado non dici
 ut laxentur habent in materia lubri-
 ca, sed quia interest Confessariorum
 (qui sæpe hic aguntur) scire proba-
 biles etiam in hac materia sententias.
 Unde dixi alteram communiorem esse
 & tutiorem, & per consequens in
 praxi ordinariè sequendam & consu-
 lendam. Adjeci, non videri tamen hæc
 improbabilem, ob auctoritatem non-
 nullorum Doctorum, & ob allatas ra-
 tiones. Non ergo debuit dicere, hanc
 esse absolutè meam Diana sententiã.

Adverte 2. Hæc oscula, quæ senten-
 tia probabilis dicit, non mortalia, non
 voca-

vocari *Oscula libidinosæ*, strictè loquendo. Illa enim absolute *libidinosæ* vocatur, quæ fiunt ad quærendam ex illis delectationem veneream: *Est autem delectatio venerea, illa quæ consurgit ex commotione partis inferioris circa genitalia. cum commotione spirituum generationi subservientium.* In hac porro si sibi complacere, vel in illam consentire semper est mortale, licet non intendatur, vel pollutio, vel concubitus. In tali ergo delectatione nõ datur puritas materiæ, ubi adest consensus. Hæc autem delectatio de qua loquimur, ex osculo obiter captata, sensibilis est, sive *sensibilis & organica*, ut alii qui loquuntur Theologi, exurgens ex quadam proportionem rei tactæ cum organo sensus, nec ulterior delectationem intenditur; imò si exurgat aliqua commotio in inferiori parte, displicet, & quoad fieri potest, reprimitur & repellitur à voluntate. Hinc igitur delectationem obiter ex osculo ortam non improbabilis sententia intra venerealium peccata computat; quia licet

liqui

liquid impuritatis sensualis ex corruptione naturæ secum ordinariè vehat, tamen osculum tale sejungi potest à libidine & libidinis ardore, & à periculo pollutionis, quando non fit multa cum replicatione.

Itaque, cum osculum sit actus honestus & non impudicus, sicut & attentus faciei aut manuum; fiatq; obiter inter procos & procas, ad alliciendum vel fovendum honestum amorem & familiaritatem, & ordinetur ad ambiendum matrimonium, sitque ut suppono, sine periculo pollutionis, vel ulterioris consensus ad turpia, non dicitur strictè loquendo, *versari in re venerea*, in qua dicitur non dari parvitas materiæ. Quapropter veneramur *Decretum Claudii Aquaviva pro P.P. Soc.* quod citat Diana; sed ejus etiam verba ponderanda dicimus, quæ habent: *In re venerea exiguam voluptatem deliberatè quæsità, nõ esse excusandã à mortali*; prohibetq; suos ullo modo contrarium docere tamquam probabile. Illud ergo. *In re venerea, strictè est accipien-*

cipien-

capiendum. Quomodo etiam intelligenda est responsio Cardinalium, si qua sit approbata à *Clemente 8.* asserens in rebus venereis non dari parvitatem materiæ. Alioqui dicere oportere quod puellæ manum vel faciem attingere ex aliqua levi voluptate, brachium torquere, digitum premere, pedem pulsare, sine alia prava vel impudica intentione, semper sit mortale, imò in faciem intendere, alloqui, conridere cum diverso sexu, semper esse mortale. Quod quidem est contra communem Theologorum sententiã. Voluptas enim illa quæ hic captatur, separari potest à venerea & libidinosa, quamvis possit dici ad eam remote disponere, ideoque venialem culpam contrahere. Et hæc diximus esse non improbabilia, quamvis optarem ut Confessarii rigidã reprehensione huic obviarent.

3. *QUAERO, An tactus impudicus, si in partium inhonestarum, sit mortalis, si aliquid ulterius intendatur? Resp. talis contactus si fiat causa voluptatis est*

mortale

mortalem si autem causa medicandi, vel alia quæ justa censeatur, potest non esse peccatum. Addunt aliqui; si talis contactus non fiat causa voluptatis carnalis, sed solius curiositatis sine periculo pollutionis, per se non esse peccatum mortiferum: eo quod sub alia quadam ratione apprehenditur, quæ tam vim ad naturam concitandam non hebet, & affectus non quærit in eo voluptatem carnalem; sed curiosæ cognitionis. Vide *Less. l. 4. c. 3. dub. 8.* Porro quando tactus est inhonestus & mortalis, etiam illum permittere est mortale. Si autem tactus sit honestus, potest permittere mulier se tangi licet motus exurgat aliquis, modo absit periculum concensus: Qui tamen adverteret in alio animum libidinosum, non debet permittere nisi justa ratio excuset, alias censeretur alterius peccato consentire.

4. QUÆRO: *An quærere ex visu aliquam delectationem sensibilem, sit peccatum mortale?* Resp. si sistatur in sola delectatione quæ ex visu oritur, non esse

esse mortale, modò absit periculum
 pollutionis, & ulterioris consensus.
 Differentia enim est inter tactum
 visum, quod tactus suapte naturâ
 ducitur ad libidinem excitandam,
 ita visus; nec habet is ita sensibilem
 voluptatem, nec ita corpus commo-
 vet. Unde videtur quod voluptas in-
 percepta ad parvitatem materiæ spe-
 ctare dicenda sit. Si tamen aspectus e-
 set omnino turpis, puta partium ob-
 scænarum, fieretque cum mora, peri-
 culosus omnino esset, & stimulus
 potentissimus ad luxuriã. Sic David Re-
 cecidisse memoratur. Ob periculum
 igitur posset quis mortaliter peccare
 immorando tali aspectui, nec se ave-
 tendo.

5. *QUAERO. An turpiloquium, vel
 ejus auditio, sit peccatum mortale?* Respon-
 detur non esse; si quis turpia narret, vel au-
 diat ob delectationem tantum quæ
 ipsa narratione percipitur, absque
 ulteriore intentione. Item si hæc narra-
 tur vel audiantur solùm ex levitate
 vanitate, ad vanum solatium. Si qu-

verò faciat id animo excitandi se vel alios ad turpia aut cum periculo consentiendi in illa; mortale peccatū est.

6. *QUAERO. Quando motus venereū censeantur esse mortales? R. I.* Si à voluntate excitentur, vel etiam illis aliunde excitatis voluntas consensum præbeat, mortale peccatum committitur. *Resp. 2.* Si hos motus nec voluntate homo excitet, nec sua actione intendat, nō sunt mortales ratione causa quam homo posuit, si illa tantū sit venialis ex se. Ex. gr. per hæc verba jocosa aspectum immoderatum, lectionem curiosam, & similia, aliquis se exponit periculo turpis motus, non tamen illum intendens, immò vellet nō exurgere; tales actiones nec ex se, nec ex periculo similis motus censeantur mortales. Ita *Vasq. in 1. 2. disp. 108.* asserens ea de re hæctenus non fuisse controversiam. Certè consonum videtur fragilitati humanæ, ut homo non teneatur sub peccato mortali vitare omnem actionem levē, ex qua est periculum ne exurgat aliquis motus naturalis

turalis dissonus rectæ rationis; alioqui vix possemus quippiam vel loqui, vel audire, vel videre sine periculo peccati mortalis. Et cum hi motus facillimè exurgant, ut censeantur mortales, videtur requiri majus voluntarium quàm sit id quod solum est voluntarium aliquo modo in causa quæ sit tantum venialis. Sic etiam tactus si non sint impudici, non videntur peccata mortalia, licet sint occasio alicujus motus, si absit consensus periculum. Alioqui omnem penè cõversationem juvenum cum puellis, in choreis, in levibus recreationibus, in colloquiis aliquantum familiaribus, oporteret condemnare peccati mortalis, cum facilè aspectus nimis fixus, manuum aut faciei attactus, blanditiæ in verbis, & similia, quæ sunt venialia intercurrant, quib. nonnulli motus non infrequenter sese interserunt, sed sine deliberato consensu voluntatis. Et hos igitur censemus veniales: quia causa venialis.

COROL

COROLLARIUM.

EXiam dictis resolvi possunt varii casus in speciali hanc materiam concernentes.

1. *Casus* Qui pueros osculantur ex amore tenero infantilis ætatis, licet forsitan aliqua quandoque delectatio & sensualitatis motus exurgat ex molitie carnis infantilis, vel non peccant vel solum venialiter peccant, si in his motibus non sibi complacent.

2. Ancillæ quæ puellulos vestiunt, lavant, & ideo quandoque genitalia puerorum attingere & adspicere contingit, non peccant, licet motus aliquis sensualitatis sese interferat, si ipsis ille motus non placet. Ratio est, quia officium debitæ servitutis hæc ab ipsis quandoque postulat. Si verò ex curiositate adspiciant vel attingant sine necessitate, non erit plusquam veniale, nisi periculum propinquum morosæ delectationis vel libidinosi consensus inde illis evenit; quod facile posset evenire, si moram aliquam in simili visu, vel attactu trahant.

3. Famuli circa equos, jumenta, aut alia pecora versantes; si contrectent genitalia pecorum ex quadam libidine, non solum peccant mortaliter, sed & istud referendum est ad speciem bestialitatis; est enim actus quidam inchoatus. Nec videntur facile excusandi, si id faciant ex curiositate, quia ille attactus omnino periculosus est, nisi sit valde leviter factus.

4. Qui aspicit ex curiositate bruti coeuntia, non videtur peccare mortaliter; si absit morale periculum delectationis libidinosae, in quam aliquando transit curiositas nimia; maxime quando in similibus trahitur moraliter. Est verò differentia inter tactum & aspectum, quod efficacius moveat tactus ab libidine, quam aspectus; ideoque magis periculosus est. Aspectus tamen viri cum muliere concumbentis natura sua efficaciter movet ad libidinem, ideo omnino vitandus foret sub gravi peccato, ob periculum. Hinc quandoque graviter peccare possunt parentes vel conjuges, qui in eodem cubi-

culo

cul ubi pueri vel ancillæ decumbūt,
 conjugio ita in discretè vacant, ut qui
 in eo cubiculo sunt, facilè advertant
 quando commiscantur, & exinde ali-
 quod periculum libidinosæ commo-
 tionis subeunt.

5. Personas ejusdem sexus simul in
 flumine natantes, si casu aut ex curio-
 sitate contingat sese aspicere etiam in
 partibus inhonestis, non condemna-
 rim peccati mortalis, si absit libidino-
 sus animus. Aliud est de personis di-
 versi sexus si se nudas aspicerent; quia
 tunc morale periculum est libidinis.

6. Qui seipsum aspicit nudum e-
 tiam in partibus inhonestis, ordinariè
 non peccat nisi venialiter, licet id fiat
 sine causa, & ex curiositate; quia mi-
 nus movent propria pudenda quam
 aliena, minorque est indecentia: quod
 si fiat ex causa aliqua, non est veniale
 Sic sine peccato is qui sentit pruritus
 in his partibus, potest illas ut pru-
 ritum sedet refricare, vel abstergere
 ab immunditia. Similiter attactus qui
 fiunt ab aliquo erga se, rationabili er-

jam sine causa (non tamen animo ex
citandæ libidinis) culpam venialem
non excedunt.

7. Qui componunt cantiones om-
nino impuras & lascivas, ordinari-
mortaliter peccant; quia vix contine-
get quod aliquis inde mortalis libi-
dinis occasionem non accipiet. Qui
autem illas cantant, secundum inten-
tionem quâ id faciunt, judicandi sunt
gravius vel levius peccasse; aut juxta
periculum quod sibi vel aliis per hoc
creant. Immo generalis hæc regula
advertenda est de tactibus, aspectibus,
cantu, turpiloquio; vel auditu
turpium rerum, quod venialia esse
possunt ex vanitate, levitate, curiosi-
tate; tamen semper æstimandum esse
periculum morale libidinis, cui ali-
quis se vel alium exponit. Quia in
quisque debet suæ satisfacere consci-
entia, quia periculum illud diversum
est pro ratione personarum. Nam quod
uni periculosum est, alteri non est; &
quod respectu unius propinquum pec-
candi periculum ingenerat, respectu
alteri
gen-
8.
& ju-
sualis
jam e-
mora-
lis; o-
ordin-
trans-
tur,
qua
nion-
obpa-
dam
cula,
mnar-
solur-
fiunt
cubi-
actus
Tra-
9.
nam
perfo-
quar-
alte-

imo ex alterius non nisi remotum periculum
veniale generat, vel etiam nullum.

8. Est de osculis inter juvenculos
& juvenculas, ex quibus aliqua sen-
sualis delectatio oritur. Atque de his
jam dictum est, si fiant cum ardore &
mora, puta replicatis diu in ore oscu-
lis; ob periculum morale, mortalem
ordinariè culpam afferre. Si verò in
transitu fiat osculum, cui vix inhære-
tur, licet voluntas seu delectatio ali-
qua captetur, posse secundum opi-
nionem multorum veniale id judicari
ob parvitatem materiæ. Immo qui-
dam hæc negant vocari libidiosa os-
cula, quæ passim à Summistis conde-
mnantur peccati mortalis; illa enim
solum inter libidiosa recensent, quæ
sunt ex intentione delectationis con-
cubitus, sive pollutionis, aut similis
actus luxuriosi. Videri potest Filiuc.
Tract. in 6. Præcept. c. 9.

9. De osculis partium pudendarum,
nam & hæc etiam contingunt inter
personas impuras, tam conjugatas,
quàm non conjugatas, ut ex cōfessio-

ne cognovimus. De his certū est gra-
 via mortalia esse inter non cōjugatos
 inter conjugatos autem non cēsēt esse
 mortalia *Vinc. Filiuc. loco jā cit. c. 10. n.*
 195 quamvis indicent similia hominū
 valde esse libidini deditū, ideoq; gra-
 viter reprehēdēda. Hinc resolve qua-
 stionem à quodam Pœnitente mihi
 propositam: An qui per similia oscula
 peccarit cum illa cum qua jam fornicatus
 erat, teneretur explicare in confessione?
 An etiam irrita fuisset confessio, in qua
 ex pudore illa circumstantia explicata non
 fuisset? Resp. cum similia vel præcedunt
 vel subsequuntur actū fornicarium, in
 principali confessione videtur contineri
 Sicut ergo actus præambuli vel consequentes
 immediate actum fornicationis nō debent
 speciatim exprimi, sunt n. vel tendentes
 ad illum principalem actū, vel significantes
 complacentiam in illo: & de hoc actu
 judicari potest: quia non mutat speciē
 peccati, sed videtur solum indicare
 complacentiam in ordinata libidinis
 jam peractæ vel peragenda.

gendæ. In opinione tamen eorum qui
circumstantias aggravantes volunt ex
obligatione confessioni subjiciendas,
hæc videretur explicanda. Quod si ve-
rò quis non explicuerit eam ob pudor-
em, existimans tamen necessariò
confitendam; tunc censetur fecisse
confessionem nullam, ob erroneam
quam sibi formavit conscientiam; &
quod si dubitavit, debuit, dum omit-
tere illius confessionem voluit, pro-
babili ratione dubium deposuisse, ali-
as etiam censetur irritam fecisse con-
fessionem, exponendo se periculo di-
midiandi Confessionem.

10. Est de verbis quibusdam valde
scurrilibus & impudicis, quæ ex ira &
impatientia in ore aliquorum versan-
tur. Sic Galli irati in quempiam, quan-
doq; hæc infamia verba pronuntiant.
Va' en faire ta Mere: quasi diceret: *Va-
de fornicatū cū Matre*. Certè hæc & si-
milia nō possūt excusari à gravi peccato
to, si ex advertetia pronūciētur, & nō
ex sola surreptione. Ratio est, quia li-
cet non intendant plerūque id quod

illis verbis significatur ; tamen continent gravem contemptum personæ in quam similia verba intorquentur. Dixi, si ex advertentia & deliberatione quis similibus utatur, nam inter viles personas ob malam educationem & perversam consuetudinem, effluere solent ex ore in subita passione, sine plena advertentia, vel ex levitate quadam pronunciari.

II. Est de choreis. De his nimis scrupulosi vel anxii Confessarii & Pastores audiant quod scriptum est *Vinc. Filiuc. Pœnitent. S. D. N. ad S. Petrum.* Rusticis in diebus festis non sunt prohibendi à choreis, modò fiant post missam; tum quia otio aliter vacarent, quod pejus esset : tum quia fiunt pro more Regionis & coram aliis publicè, ideoque magna ex parte aufertur libidinis occasio : tum denique, quia videntur conciliatrices omnis benevolentia, inter adolescentes & puellas, unde sæpius contrahuntur matrimonia inter illos. Tollendi tamè sunt abusus, si qui misceantur, & modestia procur-

procuranda quo-ad ejus fieri potest.

Hæc ille *Tract. 33 in 6. Præcept. c. 10. n.*

224. Similiter loquitur *Cajet. V. Chore.*

12. Est de missione litterarum aut munerum. De hac re dicendum, si litteræ ad amorem pravum incitent, esse peccatum mortale eas scribere vel destinare; similiter & de muneribus ex pravo sine amoris illiciti missis dicendum.

7. *QUAERO. An possit dari ignorantia invincibilis de fornicatione, aut aliis speciebus consummatis luxuria, ita ut quis non peccarit mortaliter fornicando, quia ignorabat esse peccatum mortale?*
 Resp. apud Christianos vix posse talē ignorantiam invincibilem esse, ob instructionem quæ solet dari. Dico *vix*, nā fortè aliquis vulgaris & rudis homo quia videt in urbibus publicè meretrices permitti, & quia nescit distinguere inter licitum & permissum, putans esse licitum quidquid est permissum, posset ignorare ad meretricem accedere esse peccatum grave; si ea de re numquam instructionem habuerit:

maximè quia quibusdam in Regionibus illud est adeò commune, ut vix pro peccato reputetur, ut quidam de Italia tradunt.

Quantum ad peccatum mollitiei, five pollutionis voluntariæ, existimo posse ignoratiam invincibilem illius frequētius in hominibus rudibus reperiri. Nam frequenter ex confessionibus reperi, plerosque rusticos nunquam in juvètute hæc confessos fuisse; asserebantq; se nunquam ea de re sibi conscientiam formasse, nec fuisse instructos. Immò inter cōjugatos adhuc reperiuntur, qui absente conjugè existimant sibi illos contactus quibus se polluunt licitos esse. Itaque munus est Confessariorum, Pastorum, Concionatorum, Catechistarum de his plebem rudem pro occasionis opportunitate erudire: quod si nihil unquam audierint, non video cur ignorantia invincibilis quandoque hic dari non possit; quia licet deducantur ista ex principiis quibusdā lumine naturali notis, non ita tamen evidenter
fuit

sunt nota, ut in nullum possit cadere ignorantia. Ob hanc ignorantiam tales rustici non tenentur iterare confessiones in quibus peccatū mollitiei non fuit expressum; securius tamē est eos ad id deducere ut iterent, quia difficile est judicare an talis ignorantia fuerit omnino invincibilis.

Adverte etiā ignorantia sātis communē in juvenibus confitentibus quidem se fornicatos cum aliqua puella, sed non adjicientibus se ut generationem impedirēt, extra vas fœmineum seminasse. Hoc enim est alterius speciei peccatū, ad peccatum contra naturam spectans, & specialiter exprimendū, vel interrogandū à Cōfessario non enim id frequenter contingit.

8. *QUAERO. de stupro. An cōseatur stuprum quando virgo consentiens cognoscitur nec ulla vis ei infertur.* Resp. mul-
torum esse sententiam non esse stuprum, nec speciale peccatum, sive non esse peccatum à fornicatione specie diversum, nisi per vim tollatur integritas carnis. Ratio est, quia neque

in ratione luxuriæ specialis hic deformitas concurret in cōcubitu cum virgine, si fiat in vase naturali, neque in ratione injuriæ, cū ipsa consentiat, volenti autem & consentienti non fit injuria, Nec refert quod sit in potestate parentum; quia habet jus in corpus suum, & illius est doctrina, ita ut nemini propriè faciat injuriam, sicut nec corrupta propriè alicui faciat injuriā corpore suo utens, licet sit sub potestate parētum, Ipsa autem prævidens, vel qui eam carnaliter cognoscit, magnum inde mœrorem aut infamiam parentibus & familiæ oriundam, aut lites & inimicitias, potest contra charitatem erga proximos, sive contra reverentiam erga parētes, gravem ideò culpam committere ultra culpam fornicationis. Sed cum hæc eadem oriiri possint ex fornicatione cum filia corrupta sub potestate parētum existente, non sunt specialiter referenda ad culpā concubitus cum virgine, ut inde specialis malitia & propria stupri species exurgere dicatur. Nam & hæc

contin-

contingunt ratione evulgationis, potius quam ratione deflorationis, quæ potest manere occulta, unde talia exinde non essent secutura. *V. Less. l. 2. c. 10. dub. I.*

Ex dictis inferunt hujus sententiæ auctores, cogitationes seu delectationes morosas in virgine, vel in adolescente, circa virginem, licet sint peccata mortalia, non habere tamen specialem malitiam mortiferam supra delectationes morosas de fornicatione, nisi sint conjunctæ cum voluntate inferendæ violentiæ. Quod ponderandum puto à Confessariis, quibus non parum molestum est interrogare adolescentulas tales cogitationes confitentes, an sint virgines: sic enim peccatum corruptionis jam fortè alias confessum tenerentur aperire. Nec etiam minus molestum interrogare adolescentes, an cogitarint de virgine, cum frequenter rudes respondeant se nescire an ea de qua cogitarint, sit virgo, vel non, nec de hoc se reflexionem fecisse, putantque tum adolescentulæ, tum

tum

um adolescentes has interrogationes ex curiositate & nimio sciendi desiderio à Confessariis provenire Per hanc itaque opinionem dictam à multis anxiiis interrogationibus eximuntur Confessarii, habetq; graves auctores inter quos *Sot. Les. Vasquez Suar. Sanch. Pet. Navarra, & alii.*

*Quæres, an puella qua violenter con-
stupratur, vel impudicè per vim attri-
gitur, debeat clamare, ut conseatur ex-
cepta à peccato sive à consensu? R. ut non
peccet coram Deo mortaliter, sufficit
obniti, & interiorem consensum non
dare licet aliquam delectationem per-
ciperet. Quoad forum autem exte-
rius, illa præsumeretur consensisse,
quæ intra civitatem existens, non
clamavit, nec opem petiit, sed id non
est necessarium in foro interiori, ut
expressè docet ex *Soto Navarra. cap. 16.
n. 1.* Immò *Sot.* dicit non teneri etiam
propriis membris resistere, eo quod
satis sit non se componere, aut præpa-
rare ad obscænum actum; quod verum
erit, si ex timore non audeat resistere.*

Apta

Aptare autem ad id membra, tibias aperire, vestem elevare, aut simile quid agere, existimat *Navar.* esse quodammodò cooperari, & non solum pati, licet consensus interior non adesset pro fornicatione vel delectatione.

9. *QUAERO.* Ad quid tenetur corruptor virginis? Resp. si liberè consensit, ad nihil tenetur; quia volenti non fit injuria. Item si puella remisit damni compensationem, corruptor ad nihil tenetur, quia illa potest cedere juri suo. Si verò fraude usuram corporis extorsit, vel violenter, etsi nil promiserit, tenetur vel matrimonio eam sibi jungere, vel damnum compensare. Potest que Pater puellæ vel ipsa recusare matrimonium, & exigere quanti pluris eget ad alteri liberè pro sua conditione nubendum. Corruptor autem si velit damni compensationem præstare, non cogitur in foro conscientia eam in uxorem accipere, nisi expresse vel tacite promiserit, aut nisi a iudice ad id condemnatus fuerit. Quod si adolescens solum precibus importunis usu-

iam

iam corporis impetrarit, non tenetur ad dicta in rigore, quia preces violentiam non inferunt. Quod si puella fraude vel vi corrupta æque commodopotita fuerit nuptiis, ita ut nihil detrimenti acceperit, nulla restitutio est necessaria, cum nullum damnum fecerit; defloratio autem pudicitia est irreparabilis, nec pretio æstimanda venit.

Difficultas est, si promissum fuerit matrimonium fictè? *Resp.* nihilominus teneri ducere, quia promissio facta est in modum contractus, unde cum ipsa ex parte sua compleverit contractum, tenetur etiam ipse complere ex parte sua, prout exterius iudicio Prudentum sonat, nec sufficit dotare, nisi ipsa consentiat. Excipiunt tamen hic Doct. aliquos casus.

1 *Casus.* Si ipse sit longè nobilior vel ditior, & maximè si ipsa id sciverit, *Item*, si ex conjecturis facile poterat conjici ipsum non sincerè promittere, quia ambigè, quia inconstanter, quia apertis exaggerationibus lo-

que

quebatur. Quia tunc non præsumitur decepta, sed deceptionem fingere. Immo aliqui putant non teneri deceptorem, quando ipsa potuit advertere deceptionem.

2. Si grave damnum, vel scandalum ex tali matrimonio sequeretur.

3. Si illam contingat postea cum alio fornicari.

4. Si putabat illam esse virginem, & in conjunctione deprehendit esse corruptam. Tunc enim deceptus fuit. Et tunc aliqui, inter quos *Sanch. l. 1. de Matrim. Disp. 10.* Putant non teneri quidem dotare. Quod si scivit corruptam, & promisit fictè matrimonium; idem *Sanchez* cum quibusdam putat, quod non tenetur ducere, sed sufficere pecuniâ compensare. Rationem afferunt, quia corrupta exigendo tale matrimonium pro corporis usura, nimium exigit. Non n. tanti aestimatur copula cum corrupta, ut matrimonio ejus debeat compensari. Si tamen esset vidua honesta, cui aliàs gravis impenderet infamia nisi ducatur, videtur ille

ille

ille teneri qui etiam fictè promisit.

Sed peres, qui vovit Religionem, postea sub promissione facta vel verè decipit puellam, potest ne ingredi. Resp. non posse sed tenetur ducere, ipsa votum ignoravit, nec velit aliam compensationem. Factus est enim illicitus ingressus, cum tam gravi damno puellæ. Si verò illa scivit; non potest urgere nuptias, quia non bona fide contraxit, cum sciret ipsum non posse promittere. Idem dic si ipsa sciebat ipsum vovisse castitatem. Immo in his casibus non tenetur aliter compensare, quia illa ab ipso non fuit decepta.

10. *QUAERO. de adult. Ad quid tenetur adulter, si partus est secutus?* R. teneri pro alimentis à tertio prolis anno, certum ei sit moraliter esse suam prolem. Non videtur autem certum quoad diu habet rationem probabilem dubitandi; & quoad diu illam habet, ad nihil tenetur. Cum enim melior sit conditio possidentis, non tenetur solvere, nisi constet ei se debere. Quod si consulue

rit, siue auctor fuerit mulieri ut pro-
lem illam supponat quasi legitimam,
& illa succedat in hæreditatem, tene-
tur etiam de damno legitimis inde se-
cuto. *Dico*, si auctor fuerit suppositio-
nis *Quia* si nec consuluerit, nec hujus
suppositionis auctor fuerit, quidam
cum *Soto, Henriq. Penna,* & aliis pro-
babile putant, quod non teneatur.
Quia verè non est causa damni, nec il-
lud intendit, sed ex aliena actione pro-
venit. Nec refert quod Matrem in
quamdam videatur necessitatem con-
jecisse, ut supponeret filium istum tã-
quam legitimum, ne si prodat se gra-
ve periculum incurrat; quia non con-
jecit in eam necessitatem nolentem &
invitam, sed volentem; unde ipsa sibi
debet imputare. Contraria tamen sen-
tentia est communior, quia enim ex
adulteri iniquo & injurioso facto fit
quod credatur esse mariti, & ex illa
credulitate, cujus ipse causa est, se-
quuntur illa damna, ipse cum adulte-
ra videtur obligari illa resarcire.

II. *QUAERO. An mulier qua damnata*
sarci-

sarcire nequit: quod orietur ex successione illegitimi in hereditatem, tenentur suum factum proderere? Resp. non tenentur cum periculo vitæ vel famæ, quia hæc sunt bona superioris ordinis, quæ non sunt exponenda necessariò pro rebus inferioris ordinis. *Deinde, non tenentur se proderere, nisi certa sit damnum aver-*

tendum, hoc tamen vix contingit. Quia filius non tenetur credere matri dicenti se illegitimum; unde mulier potest ferè semper timere tumultus lites, & pericula ex sua revelatione.

Petes ergo quid consilii dabit Confessorius mulieri? Resp. Moneat si habeat particularia bona, ut illis commiserit penset legitimos. Item, ut quantum potest diligentia sua & industria lucrum faciat in eorum gratiam. Item ut quantum ad potest parcat sumptibus, quos iuxta statum posset facere. Denique, si idonea est proles ad Religionem, ducat eam suo consilio.

12. *QUAERO, De peccato pollutionis. An & quando sit mortalis pollutio, quæ voluntaria in causa? Resp. hoc declinat*

successe
 tenent
 non tene
 quia ha
 quæ no
 orō rebu
 a tene
 um aver
 ontingit
 ere mari
 le mulier
 umultus
 tione.
 bit Con
 eat si ha
 is com
 ritum po
 a lucrum
 ut quo
 quos ju
 nique,
 nem,
 ollutioni
 utio, qu
 oc decla
 tal

rari posse aliquot conclusionibus.
 1 *Conclus. est:* Si quis det operam rei
 honestæ, licet inde sequatur pollutio,
 modò absit periculum cōsensus in vo-
 luntate, non est peccatum. *Declaratur*
 in Confessario, Studio, Medico, qui
 non tenetur officium suum relinque-
 re; licet inde sequatur pollutio. Sic
 qui ex certo situ in lecto patitur pol-
 lutionem, nec potest sine dispendio
 sanitatis aliter jacere; non peccat; quia
 causam licitam non tenetur cum sani-
 tatis detrimento vitare, si non inten-
 dat illum effectum nec periculum sit
 consensus, Sic qui ex equitatione ce-
 leri patitur pollutionem, & habet
 causam equitandi, non paccat si absit
 intentio pollutionis, & periculum
 consensus.

2. Si quis det operam rei illicitæ,
 ex qua solum remotè sequitur pollu-
 tio, nec directè intenditur, non est ni-
 si veniale peccatū. Sic qui edit edulia
 nimis calida ex aliqua gula, licet sciat
 quandoq; sibi inde evenire pollutio-
 nem si tamen eam non intendat, non

K

est

est condemnandus peccati mortalis. *Similiter* quæ ex nimio potu prævidet sibi id frequenter accidere, nõ propterea peccat mortaliter, si nõ abstinere modò absit intencio directa, & periculum consensus. *Ratio est*, quia obligatio vitandi causam est satis tenuis, & effectus ex illa sequens non censetur nisi imperfectè volitus, quandoquidem nec directè intendatur, nec ex illa causa tamquam dispositione omnino propinqua oriatur; sed potius quadam conditione naturæ, absque voluntatis operatione.

3. Si quis det operam rei illicitæ, qua propinquè nata est oriri pollutio, etiam si eam non intendat, censetur peccare mortaliter, & eam velle causa. Sic qui contactus turpes erga se vel alium exercet, vel qui imaginatione rerum turpium ex delectatione inhæret, si sequatur pollutio, censetur mortaliter & volita in causa, licet rectè eam non intenderet.

13. *QUAERO. An liceat ullo casu delectari a pollutione, vel de illa præterire.*

gaudere? Resp. numquam id licere cau-
sa libidinis; ob causam tamen hone-
stam, puta ob causam sanitatis, vel
quia sic tentationes sedatae sunt; mul-
ti probabiliter putant id non esse illi-
citurum; nam quod desideratur, tunc non
est peccatum, sed indifferens, quando-
quidē desideretur ut inculpate obve-
niat, per causas à natura constitutas sine
alia operatione; & cum finis ob quem
desideratur sit bonus non videtur cul-
pa incurri. Si autem licet desiderare,
licet etiam gaudere.

Notent Confessarii quandoque ali-
quos confiteri se passos pollutionem,
cum revera non fuerit perfecta pollu-
tio, sive seminis aut spermatis effusio
ex genitalibus enim ultra urinam & sper-
ma, sive semen, humor quidam terti-
us exoriri quandoque solet, qui aliquid
immunditiae generat, & ex commotione
partis genitalis in viro facile stillat, si-
ne impetu delectationis, ut fieri solet
in seminis decisione; ideoque humor
ille fluens non intelligitur hic sub no-
mine perfectae pollutionis; nec illius

folius periculo se exponere, est mortale: quia ex levi cōmotione oriri potest in juvenibus, puta ex osculo leviter dato, vel attactu etiam levi faciei, aut manus personæ alterius sexus. Interim adverte quod in confessionibus dicant aliqui se passos pollutionem, cum solum passi fuerint aliquid levis hujus immunditiæ, sive serosi humoris, sine delectatione.

14. *QUAERO. Quid de pollutione in semiexperrectis?* Resp. non esse mortalem, quia non est plenum aut perfectum iudicium imò captam in somno pollutionem non tenetur evigilans reprimere, sed sufficit non placere. Ita *Em Sa V. Luxuria.*

15. *QUAERO. De delectatione morosa, an sit peccatum mortale?* Resp. esse peccatum mortale delectari de peccato carnali cogitato, si quis plenè advertat hanc cogitationem & delectationem, & in illam consentiat; licet opus nollit, nec adsit voluntas efficax illius. Si autem sit solum cōfusa & semiadvertentia, non erit nisi peccatum veniale.

Advertat

Advertat verò Confessarius, has delectationes & cogitationes morosas à plerisq; maximè fœminei sexus, non explicari in confessione; ideoque prudenter de his interroget, & discernat. Nam & rudes nihili illas æstimant, si voluntas efficax operis non adfuerit, licet immorati sint cogitationi, solētq; dicere; *Hoc leviter transit, quia postea noluissem;* illud autem potius significat, in ipsa morula temporis præcedente consensum & voluntatem fuisse saltem delectationis.

16. *QUAERO. An delectatio qua sumitur ex cogitatione actus carnalis sortiatur diversam speciem ex conditione personæ cogitata? Exempli causa si quis cogitet de virgine, de conjugata, de consanguinea, de Religiosa, nollet tamen actum complere, sed tamen delectatur? R.* quidam ex recentioribus Doctoribus putant probabiliter, quādo repræsentata certa persona per imaginem, animus delectatur non ex motivo conditionis personæ, sed tantum de actu pro ut delectabilis est, delectationem non

contrahere speciem novam ex conditione personæ; quia quamvis conditiones personarum differant specie delectationes tamen possunt esse ejusdem speciei.

Itaq; secundum hanc sententiam, quis cogitans de virgine Deo secreta aut de conjugata, aut consanguinea, delectetur de ea etiam ut virgo est, vel ut conjugata est, vel ut consanguinea, actus habet malitiam duplicem, nempe fornicationis & simul sacrilegii, vel adulterii, aut incestus; si autem non feratur ex motivo conditionis personæ, sed solum delectetur cogitatione conjugis alienæ, quia pulchra est mulier, non contrahetur malitia nisi contra castitatem, non verò contra justitiam, quia in tali delectatione non vellet injuriam in maritum, quandoquidem nolle opus externum illi injuriosum explere. Similiter, si persona sit religiosa, vel consanguinea, præscinditur ab hac circumstantia, cum illa non conferat ad delectationem.

Ex hac sententia sequeretur, non est

necesse

necessarium explicare in confessione personæ cogitatæ circumstantiam, si abfuerit desiderium efficax sive voluntas operis, sed tantum adfuerit delectatio. In praxi tamen securius est confiteri eam circumstantiam, tum quia contraria sententia est communior, tum quia difficile est agnoscere, an animus steterit in illa simplici delectatione & affectu; nam quandoque non deest etiam voluntas operis, si infamia, aut alia incommoda abessent; & nisi respectus humani prohiberent.

17. *QUAERO. Quid incestus, & quomodo confitendus?* Resp. est carnalis inter consanguineos vel affinis abusus, & terminatur in quarto gradu; nisi sit affinitas ex illicita copula orta: hæc enim terminatur in secundo gradu. Hinc sequitur quod juvenis qui cum pluribus fornicatur, si fornicari eum contingat cum sanguinea germana illius puellæ seu mulieris quam antea cognoverat, teneatur dicere non solum se fornicatum esse, sed incestum commisisse. Itē multo magis si cum duabus

sororibus fornicetur. Adverte tamen ut affinitas hæc ex illicita copula oritur, necesse esse ut fuerit perfecta copula carnalis, quæ ad generationem sufficiat prolis, qualis non est nisi per quam virile semē recipitur in vas mulieris; quare neque per solum copulationem, neque per quamvis aliam pollutionem, quæ semen intra vas non recipitur, potest oriri affinitas ista. Imò aliqui requirunt utriusque partis seminationem. V. *Dianam. p. 3. tract. Resol. 19. & in Addit. Resol. 24.* ubi multos citat auctores pro hac sententia.

18. *QUAERO. An gradus consanguinitatis & affinitatis necessario sint specificandi in confessione?* R. Duplicem esse hic opinionem. Prima negat, quia dicit non differre specie hos gradus. Videri potest *Cajet, in summa. V. Incestus.* Altera asserit, & hæc est communior & probabilior. V. *Navar. c. 7. n. 4.*

19. *QUAERO. Quando sit sacrilegium confitendum in materia luxuria?* R. peccetur cum persona Deo consecrata, siue sit Religiosus, aut Religiosa

sive Sacerdos, aut in ordinibus sacris qui peccat, aut cū quo peccatur. *Item* si in loco sacro, in Ecclesia, vel in cæmeterio peccatum luxuriæ committatur, vel si voluntariè in illud consentitur, licet opus non sequatur. Debet tamen volūtas, ut supra dixi, ferri etiam in circumstantiam loci sacri; hoc est, non sufficit quod pravam voluntatem concipias existens in loco sacro, sed opus est (ut sit sacrilegium) quod paratus sis voluntatem eam exequi etiā in loco sacro. Adverte verò, Monasterium & Dormitorium non esse loca sacra, quæ peccatum carnis ibidem commissum efficiunt sacrilegium V. *Navar. c. 16. n. 13.*

20. *QUAERO. An Religiosus sese oblectans carnaliter si sit Sacerdos, committat duplex sacrilegium?* R. quosdam affirmare, eò quod etiam seposito voto, in honorem Ordinis Sacri sit annexum impedimentum Matrimonii, unde seposito voto peccaret sacrilegio. Alii non admittunt hic duplex sacrilegium? quia existimant obligationem

K 5 nem

nam servādi castitatem in Ordine Sa-
cro oriri ex voto, itaqua tantum con-
tra votum peccat, & proinde unico
peccato. Et hoc satis probabile est.

De peccatis conjugum dictum est
quando egimus de Matrimonio; ideo
hic non repeto.

21. *QUAERO.* An illa quae violenter est
oppressa possit statim semen opprimentis
se expellere? *Resp. 1.* Certum est
quod mulier est proprio viro cognita
numquam possit voluntariē semē vi-
ri expellere ad vitandas partus diffi-
cultates, vel ut prolibus nō gravetur
vel etiam ob causam. Similiter nec
mulier quae consentit in virum non
suum, nec puella ad tuendum hono-
rem suum; est enim novum peccatum
mortale post voluntariam copulam
impedire generationem, aut frustra
semen sine suo. *Resp. 2.* quando est o-
pressio violenta à non suo, non solum
potest extrahere opprimentis se vi-
lia, licet semen sit effundendum; sed
etiā mox à cuitu potest semen expelli-
re, quia hoc est defendere se contra

vasorem injustū, quæ invasio & ini-
 stitia adhuc nunc censetur moraliter
 perdurare in semine illius qui oppres-
 sit. Ita *Sanch. l. 2. de matrim. d. 22. n. 13.*
 Neque casus hic est extraordinarius
 hoc ærumnoso tempore, in quo mili-
 tes in quascumque obvias mulieres
 vim libidinis exerunt.

Adverte etiam quod mulier quæ in
 actu conjugali non seminavit potest
 statim postea excitare semen; quia id
 non est contra rationem generationis
 sed est complementum actus conju-
 galis, ad proles perfectionem vel ne-
 cessarium, vel saltem conducens. Ita
 tenent nonnulli Theologi cum *Lessio*
lib. 4. cap. 3. dub. 14.

C A P U T VII.

*Resolutiones circa VII. Decalogi
 Præceptum.*

QVAERO. De quibus interrogandi
 sunt poenitentes circa 7. Præcept.
 R. 1. An non sciēter acceperint, vel de-
 tineant alienum? 2. An non vendide-
 rint, vel emerint cum fraude circa
 pretium, circa rem, circa mensuram,
 aut

aut numerum? 3. An aliorum agris, hortis, domibus, vel bonis damnum intulerint? 4. An debita creditoribus mercedem operariis detraxerint, aut distulerint eorum damno, cum possent solvere? 5. An ministeriū pro qua merces eis persolvitur fideliter presterint? Denique quicquid ad injuriam erga proximum esse potest, ad hoc Præcept, spectat,

2. *QUAERO. Quantā quantitas in furto peccatum mortale constituat?* R. vix posse id universim taxari, solum in genere dici potest, quod requiratur quantitas notabilis; talis autem judicari debet arbitrio Prudentum, pro varia tum locorum, tum personarum conditione, quia quod respectu unius censetur notabile, respectu alterius exiguum est. Vide *Diana p. 5. Tr. 5. Resol. 34.* Respectu mediocriter divitum aliqui requirunt quatuor regales, respectu mechanicorum duos, respectu pauperis unum vel etiam dimidium, quia hæc summa his proportionaliter sufficit ad vivendum uno die, victum

autem

autē unius diei surripere alicui vide-
tur notabile. Aliqui etiā absoluto sta-
tuunt, quantitātē esse notabilem duos
regales, inter quos *Tol. Med. Less.*

Resp. 2. Furtum rei exiguæ potest
esse mortale ratione damni conjuncti
si prævisum est, aut prævideri debuit.
Exemplum afferunt de furto acus, si
sator propter id totā die nequit opera-
ri. Si ferrū aratri rustico fureris, pro-
pter quod toto die non potest arare.
Similiter si quis furetur rē exiguā ali-
cui, quē novit propterea solere jura-
re, imprecari, blasphemare, peccabit
mortaliter, sed id nō tam ratione dā-
ni, quā ratione occasionis peccati,
quam alteri dat, ejus quodammodo
salutem concernens. & sic hoc spectat
ad rationem cujusdam scandali.

Resp. 3. Qui aliquid exiguum surri-
pit, sed cum animo plura surripiēdi si
posset, peccat mortaliter: & de hoc sūt
interrogandi qui furtis sunt involuti:
quia sæpē animus eis nō deest majora
surripiendi, licet pauca surripuisse se
faceantur, quia facultas & occasio nō
L sc

se dedit. E contra non facile peccati mortalis sunt condemnandi, qui modica accipiunt non animo furtivo, certe non animo furrupendi aliquo notabile. Sic supra à mortali excusavimus famulos aut ancillas esculentis aut poculenta ordinaria furrupientes.

3. *QUAERO. Quid dicendum de furto quæ fieri solent in messe?* Resp. à mortali excusari possunt pauperes, & tenuioris fortunæ mulierculæ, aliquas spicas in diversis agris clam furrupientes, cum ipsi quantitatem notabilem non intendunt furrupere, aut notabile damnum alicui inferre.

Sed dices, licet quantitatem notabilem uni vel alteri non furrupiant, nec eis notabile damnum inferant, tamen in fine messis, si velint bene considerare, invenient se quantitatem notabilem de alieno habere: ergo tunc velle eam retinere, nec velle restituere, est peccatum mortale. Resp. 1. magnam requiri quantitatem in similibus furtis, quæ divisim fiunt & paulatim, diversim

diversis, vel etiam ab eodem (per fortuita scilicet furta cum intervallo facta aliquid corradendo) ut judicetur furtum mortale. Resp. 2. Vix ab illis æstimari esse hæc furta, si hinc inde paucas spicas colligant de messe etiam ultra illas quæ manent post terga mententium; nam ratione paupertatis putant quodammodò sibi hæc deberi à ditioribus. Atque etiam ipsi ditiores sciunt vix aliter contingere, quin hinc inde aliquid tunc surripiatur, nec ita graviter accipiunt, si sit exigua quantitas, licet de die in diem sensim crescat; nec videntur velle ideo obligare tenuiores ad restitutionem. Unde cum in fine messis petitur venia generalis ab illis de omni quæ intervenire potuit injusta acceptione, facile condonant. Non tamen hic excuso eos qui modò partem manipuli detrahunt, modò erectam adhuc segetem manibus plenis vellicant: mox enim grave paucis diebus damnum possunt ea ratione inferre, & id meritò graviter displicet Dominis. Hi certè ad restitu-

L 2

tionem

tionem si commode fieri posset obligandi forent, sed ferè ad confessionem accedunt, dum omnia ista corrasa consumpserunt, & sic injustè corradendo evadere pauperiores solent, in pœnam injustitiæ, vixque aliquid ad restituendum habent.

4. *QUAERO. Quid de furtis lignorum in sylva ad communitatem spectante?* Resp. cum illa quæ bono publico conducibilia sunt, spectet ad cujuslibet loci Rēpublicam ordinare, jure potest prohibere ultra certum modum & mensurâ ligna exportari è sylva cōmuni. Si autem civis illius communitatis ultra id aliquid exportet, solum censetur venialiter peccare, nec ad restitutionem teneri; nisi magnum omnino detrimentum communitati inferatur, puta stirpes notabiles incidendo, grandiores arbores sternendo. Nisi enim tale damnum sit enorme, vix existimari solet notabilis injuria committi per eos qui aliàs jus habent. Sic excusari possunt à gravi peccato pauperiores qui portionem suam ad calefaciendum destituerunt.

tam vendunt, & postea dierim fasciculos hinc inde sibi comparant, nec enim censetur grave damnum.

Sed, quid si civis alterius communitatis sic ligna exportet? Resp. quando sunt incolæ locorum vicinorum, habentq; sylvas cæduas sibi vicinas, cùm passim sciantur hinc inde exigua damna ab utraque parte fieri, censentur communitates vicissim condonare, quod ereptum est, contenti multa, si qui in furto deprehendantur. Ita *Less. lib. 2. cap. 5. dub. 14.*

Quòd si verò quispiam ligna exportet è loco alicujus privati, vel in loco communi item vendito vel elocato alteri, peccat pro ratione rei ablatae, vel damni illati.

5. *QUAERO* *Quid dicendum de his qui pascunt in locis prohibitis?* Resp. eodem modo proportionaliter dicendū, quò de lignis: nam si sint membra communitatis qui pascunt, non censentur graviter peccare, nisi sit omnino grave damnum, quale potest esse si pascant boves & vaccas, & similia animalia in

sylyvis prohibitis, propter novellas stirpes germinantes, quæ exeduntur ab illis animalibus cum notabili damno.

6. *QUAERO.* *An inventa sint restituenda?* Resp. si post diligentem inquisitionem Dominus non invenitur, probabilis est sententia aliquorum DD. posse retineri ab inveniente, quia tunc quadam ratione censentur derelicta; & sic fiunt occupantis, cum tacita obligatione si Dominus compareat illi restituendi. Equitati tamen & pietati magis consonum videtur, ut in pauperes vel pias causas impendantur. Quantum ad feras aut aves in alieno laqueo inventas, etiam juri est conforme, ut fiant invenientis & accipientis, ut habet *Navar. c. 17. n. 176. Covar. & alii.* Est tamen quorundam sententia adjudicans illas illi qui posuit laqueum, quia quodammodo cecidit per laqueum eam in suam redegit potestatem; & hoc communi hominum sensui videtur conforme. *Less. lib. 2. cap. 5. dub. 11.*

4. *QUAERO.* *Quid agendum cum his*

qui

qui in officio constituti, exigunt stipendium amplius quam eis sit constitutum? Resp. hos obligandos esse ad restitutionem, cum talis exactio vel extorsio sit contra iustitiam. Potest autem illa fieri vel expressè, vel tacitè. Expressè quidem, ut dum quis mendaciter asserit sibi plus deberi pro stipendio, quam debeat. Tacitè dum differe, vel recusat officii sui actum, nisi ultra stipendium assignatum aliquid ei detur.

Sed quid si detur ab aliquo ultra stipendium? Resp. si ille ignorat taxam, nihilque ultra daret si veritatem sciret, tunc is qui accipit, non potest in conscientia retinere, quia non est datum liberali donatione, sed ex errore & deceptione. Si verò non ignorat, & dat, censetur liberaliter datum.

Adverte etiam quorundam excusationem, afferentium taxæ quantitatem adeo exiguam esse in quibusdam officiis, ut ne quidem justii pretii infirmirationem habere censeatur. Quod si hæc excusatio veritate nitatur, excusabit à restitutione, si solum quod

justum est, petant. Item, quandoque labor extraordinarius, ad quem quis ex officio non tenebatur, excusabit si quid ultra stipendium ordinarium expectatur.

8. *QUAERO. Quid agendum Confessario cum illis qui aere alieno onerantur, ne solvant vel solutionem nimis differunt?*

Resp. certum est eos invito creditore non posse in conscientia diu debitum differre, quod pauci advertunt. Quod si inde damnum creditori obveniat, etiam tenentur ad illud resarciendum vel compensandum.

Sunt tamen aliquæ causæ excusantes à debiti solutione statim facienda. *Primo* impotentia excusat à toto, si contingat in toto; si contingat tantum ex parte, excusat ex parte. 2. Magnum damnum quod sequeretur in rebus non debitis 3. Notabilis factura decentiae status. Ratio est, quia his casibus creditor secundum rectam rationem tenetur consentire, & ideo irrationabiliter est invitatus, ut differas solutionem, intelligenda tamen hæc, nisi creditor

par damnum vel parem jacturam status pati deberet propter tuam dilationem. In causa enim parisi damni potior est conditio creditoris, habetque ille plus juris.

Ex his resolvi possunt casus frequentes in gratiam debitorum.

1. Si Nobilis non potest solvere nisi se privet omni obsequio famulorum & equorum, cogaturque abstinere à consortio sui similibus excusari potest si differat solutionem.

2. Si civis aliquis primarius non potest solvere, nisi artem mechanicam exercere cogatur sibi & statui suo inluetam, similiter excusari poterit.

3 Si quis debet centum aureos, nec potest statim solvere, nisi domum, vel pradium aliquod vendat multò minoris quam valeat, non tenetur statim, sed potest differre.

4 Si quis debita non potest solvere sine periculo salutis suæ vel suorum, potest differre. Ex. gr. Periculum est ne uxor vel filiæ præ inopia se prostituant, ne filii ad furta & latrocinia ab-

L 5

cant:

ean: ne ipsemet debitor præ impatiētia in desperationem incidat. Nempe salutem suam vel suorum quisque potius tenetur consulere, si periculum istud sit notabile.

5. Non excusantur illi qui ut solvant ne quidem mobilia aliqua eis haud necessaria volunt alienare. Nec illi qui nolunt sibi quippiam detrahere de domesticis expensis sæpè superfluis, ut sensim reddantur potentes restituere. Cum enim decencia status non consistat in indivisibili, tenentur quantum possunt sibi detrahere, ut possint debita dissolvere, vel aliena restituere.

6. Non etiam excusantur illi qui injustè statum aliquem obtinent, puta quia furtis, fraudibus, rapinis, usuris ad eum pertigerunt, quin teneantur restituere etiam cum dimissione status. Intellige, quando jam ex parte notum est eum sic divitem factum, aut pertigisse ad eum statum. Alioquin si vir habeatur probus & honestus, non tenetur se infamare, sed sensim prout potest, debet restituere.

9. Quae

9. *QUAERO.* Quando quis non potest omnibus simul solvere quem teneatur in solvendo ordinem servare? Resp. multa de hoc ordine praescribi, tum à Jurisperitis, tum à Theologis hac de re tractantibus; quia diversis locis diversae leges vel consuetudines reperiuntur hanc rem concernentes. Atque has quidem ordinariè servandas putamus. Illos tamen excusandos existimamus, qui creditori priùs petenti & urgenti solverunt, aut magis indigenti. Hos excusat Em. Sà *V. Restitutio.* Immò *Gab. Belin. 4. d. 15. q. 2.* dicit ea quae Canonistae disputant, quinam jure potiores sint in restitutione, potius ad iudicii quam ad conscientiae forum spectare. Et licet hoc alii refellant, tamen quando non ex fraude, sed bona fide debitor solvit aliquibus etiam in jure posterioribus, illi retinere possunt; & hic solvendo potest excusari, quia non tenetur scire omnes istas leges & ordinem quem statuunt. *Diana p. 5. tract. 5. resol. 79.* Immò multi passim putant se in con-

scientia ad talem ordinem non obligari, conformiter opinioni Gabrielis nisi Iudice decernente.

10. *QUAERO.* *Quid dicendum de his qui cedunt bonis, an ultra ad aliquid teneantur?* Resp. Cessio bonorum in foro conscientiae non aliter excusat, quam necessitas sine cessione excusaret. In hac enim cessione ex quadam misericordia conceduntur alimenta ob necessitatem: quia non tenetur se spoliare debitor necessariis alimentis, ita ut cogatur mendicare. Itaque sicut qui in necessitate constitutus potest retinere ea quae spectant personae suae conditione, & eorum quos alere tenetur, censeantur necessaria. Similiter qui absque culpa cogitur cedere bonis, potest abscondere quantum necessarium erit, ut tenuiter vivat secundum statum suum. Ita *Less.* citans *Pet. Nav. & Sylv.* Si tamen postquam cessit quis bonis ad lautiores fortunam pertigerit; tenetur integre satisfacere. Imò *Ant. Diana ex Caestino docet p. 5. tract. 5. res. sol. 57.* Quod uxores & filii quorum
Mariti

Matiti & Patres siue culpa sua, siue in-
fortunio, ad penuriam magnam sunt
reducti, si post mortem non invenian-
tur esse solvendo, possint ex bonis tan-
tum subtrahere & occultare quantum
satis est ad honestam vitæ sustentatio-
nem & modicam status siue condi-
tionis conservationem. Quodque in-
iudicio compulsi aperire si nihil abstu-
lerint & occultarint, possint dicere se
nihil occultasse, supple quod nõ sit eis
debitum & necessarium ad status con-
servationem. Nec tenentur se mani-
festare, virtute excommunicationis,
quia cum non peccent, non incurrunt
excommunicationem non revelando.

Ita ipse loquitur.

Addit ibidem filium Patri vel avo
succeedentem in bonis acquisitis per
contractus illicitos, vel delictum, &
usuram, nõ teneri restituere cum gra-
vi detrimento, etsi non ignoret ea bo-
na esse injustè acquisita. Et pro hac sen-
tentia citat *Cælestinius Scorum Angelum,*
Navarrum, & Azorium, inquit *Dia-*
na. Sed hanc sententiam examinandã

relinquo, non enim caret contradic-
tione multorum, & iusta ratione con-
tradicens. Attende de hac re quod di-
xi paulò ante *quæst. 8. casu 6.*

II. *QUAERO. Utrum liceat carius ven-
dere dilatâ solutione, sive credito, quam
vendi solet presenti pecuniâ? Resp. i. li-
cere vendere carius dilatâ solutione,
intra limites iusti pretii: Unde si præ-
senti pecuniâ vendebas infimo pretio,
potes ob dilatam solutionem vendere
summo. Item, si res quæ nunc valet
viginti putatur tempore solutionis
valitura triginta aut circiter, potest il-
lam tali pretio vendere, si servare de-
creveras; & hoc ratione lucri cessan-
tis. Item aliquid licitè exigitur ultra
pretium iustum, ratione periculi for-
tis, cui mercator credito vendens se
exponit: vel ratione expensarum &
molestiarum quas timet in recuperan-
da sorte & solutione.*

Sed difficultas est in quibusdam
modis vendendi ad creditum in au-
ctione publica introductis, ut hac ra-
tione augeatur pretium, concurrente
empro.

emptorum copiâ. Sic quibusdam in locis Domini temporales grana à Receptoribus suis collecta ex censu annuo, circa Junium curant exponi ad creditum, dantes terminum solutionis post messem futuram, puta in Decembri, & propterea concurrentibus emptoribus, multum augetur pretiû, ultra illud quod tunc præfenti pecuniâ valeret, & quidem ultra rigorosum & summum illius temporis. Hic casus à quodam Receptore timorato paucis abhinc annis mihi propositus fuit, quia ei scrupulus ea de re à Religioso pio & docto ingestus fuerat.

Resp. Non videri absolute condemnandum hunc modum tanquam injustum, quamvis dissuadere non abs re foret, his qui non habent interesse ex solutionis dilatione. Ratio esse potest, quia non venduntur plura præcisè ob dilationem solutionis, sed quia iste modus vendendi, per accidens faciat pretium crescere alliciendo copiam emptorum. Et illud censeri potest pretium quodammodo justum,

justum,

justum, quod in tali modo vendendi spectatis circumstantiis lubenter à ple-
risque penditur. Maximè si libertas in
in tali modo vendendi, etiam infra pre-
tium, quod tunc præsentì pecuniâ cur-
reret, offerre; quamvis moraliter non
contingat infimo pretio obtineri non
tali foro, & talibus circumstantiis, ob
raritatem mercis, & concurrentiam
emptorum.

12. *QUAERO.* Quid dicendum de tuti-
ribus pecuniam pupillorum apud merca-
tores deponentibus, ut quinque vel sex
pro centum recipiant, cum securitate sua
capitalis? Resp. à multis id condemna-
ri, nec securum esse. Cui resolutioni
consentiunt quæ decreta sunt in Syn-
Provin. *Camer. anno 1586. tit. 23. cap. 4.*
Mechliniensis anno 1570. atq; etiam in
Diœcesanis Audomarensis ann. 1583. tit.
II. c. 1. Iprensi anno 1577. tit. 30. c. Ne-
quis tutor aut curator pupillorum, aut
pupillarum, sub prætextu augmentan-
di patrimonii ipsorum, pecunias eorum
sub certo lucro singulis ànis ultra for-
tem recipiendo det mutuo, retenta fa-

culcate

cultate recipiendæ fortis, quando ad majorem ætatem pervenerint, aut matrimonium contraxerint, aut alias ad illorum voluntatem & arbitrium: Simul autem declarant istæ Synodi, omnes hujusmodi contractus esse usurarios, & contra sic mutuantes; tamquã contra usurarios procedendum. *Philippus* quoque *Secundus Rex* in diplomate, super executione dictæ Syn. Provinc. *Camerac.* art. 21. declarat tales contractus esse nullos. Et similiter *VIII. Episcopus Tricaricensis* directorio *Coloniensibus* scripto, tit. *de usuris*. Ita *Franciscus Sylvius* in additionibus ad *Binsfeldii* compendium cap. 22. p. 3. Colon. apud *Pet. Henningium* editum.

13. *QUAERO.* Quid dicendum de viduis, ancillis, famulis, & horum similibus mercaturam non exercentibus, qui tamen pecuniam apud se alias quiescentem deponunt inter manus mercatorum, ut sex lucrentur super centum, & capitalem summam securam sibi volunt repetendam ubi egerint? Resp. eandem rationem hic esse quæ in priori casu, eandemque resolutionem.

Atta-

Attamen praxis hac in re sic invaluit, ut passim id etiam timorata conscientia agere videantur sine scrupulo injustitiæ; nec parum difficultatis patiuntur Confessarii, aut Parochi. Vulgò vocant id vernaculè, *Mettre son argent à monte*, quod quibuslibet concessum putant; quia & ad id quandoque importune à mercatoribus sollicitantur, qui rem sibi gratissimam passim ab his præstari fatentur, & lucrum quod inde hi pecuniam deponentes faciunt, libenter solvunt, ob majus lucrum quod ex pecunia deposita eis cedit.

Ideo quidam recentiores Theologi & Canonistæ hanc praxim excusant, & justificant per tres virtuales seu implicitos contractus, nempe per contractum Societatis, per contractum affecurandi capitale, & per venditionem lucri incerti majoris pro minore certo. Nec est necessarium ut contrahentes expressè hos cōtractus ineant; sed sufficit quod implicitè illos intendant per unicum contractum expressè

expressum. Unde sufficere videtur, quod quis intendat conferre centum cum mercatore, ut quotannis solvat quinque, salvâ sorte, eo modo quo licitum est. Vide *Lessiū lib. 2. c. 25. dub. 3.* Nec est necessarium, ut hi qui sic pecunias bona fide conferunt, omnia ista perfectè intelligant, sed implicitè censentur intendere justum titulum, quia cupiunt justo modo lucrari, & non aliter. Interim etsi de facto usurarius esset contractus, si tamen bona fide processerint, & aliàs facturi erant justum, probabilis est opinio multorum posse retinere lucrum quod justo tunc contractu facturi erant. De quo videre potes latius *Lessium lib. 2. c. 20. dub. 12.*

Hinc infero, licet securius sit supradictam consuetudinem tollere ab his qui pecunia sua negotiaturi non erant, ne videatur mutuum implicitum cum usura: Attameo qui bonâ fide fecerint, & lucrum perceperint, non puto facilè esse condemnandos ad restitutionem, ob dicta. *V. Nav. c. 17. n. 257.*

Sec²

Sed dices: Quid si hi reperant sortem
 H. capitale, ut securiori modo suam
 applicent pecuniam ad lucrum, &
 mercatores refundere differant? Respon-
 hoc non infrequens esse, scioque con-
 tigiſſe quibusdam viduis quas ab ha-
 lucrandi ratione parum tuta divertere
 optabam. Tunc autem cum illi sine in-
 mora, ratione illius moræ possunt co-
 tō lucrum justum accipere, quia pecu-
 niam suam, vel in annum redditum, vel
 per aliam justam viam poterant lucro
 sè impendere.

Videri etiam, potest alius modus
 excusandi tutores, vel viduas sic pe-
 cuniam deponentes apud *Less. l. 2. c. 22.*
dub. 10. circa finem. Nempè putat pos-
 se excusari per censum utrimque redi-
 mibilem. Hæc paulò latiùs dixerim,
 quia quæstio quotidiana est Pastores
 concernens, quibus licet suadeam
 quoad fieri potest, consuetudinem su-
 prædictam corrigere; non tamen ap-
 probo quod aliqui nimis vehementer
 in publico invehantur in eam, sine suf-
 ficienti discretionem; nam experientia
 constat

constat quandoq; inde non sequi fructum, sed potius tumultum & conscientiarum involucrum. Unde addo, cum aliqui bona fide id praticant, nec ex monitione speratur fructus (quod certe non est infrequens) potius hos in sua fide & opinione favorabili, quamvis minus secuta relinquendos; quia saltem ratione bonæ fidei sunt solum in statu materialis peccati & injustitiæ. Quod si verò interrogent Confessarium, vel Parochum, tunc illis veritatem aperire tenetur; ut alibi diximus generaliter.

14. *QUAERO. Quid dicendum de illis venditoribus, qui quia emptoribus non placet merces nisi infimo pretio, cum pretio medio vel rigoroso optent vendere, compensant id occulta diminutione mercis, puta in mensura vel pondere. Ex. gr. conantur mensurando pannum occultè mediam vel unam ulnam lucrari, ut perveniant tali modo ad pretium intentum? Resp. hic esse injustitiam, & proinde obligationem restitutionis, maximè cum est quantitas notabilis. Ratio est, quia licet*

cec

cer possent vendere pretio medio, ve
 rigoroso; hoc tamen post conventio
 nem de pretio non licet: sed tenentur
 stare conventioni quæ est iusta; licet
 sit de pretio infimo. Aliud foret si co
 geretur vendere mercator infra iustum
 pretium etiam infimum, ex necessitate
 te compulsus. Tunc enim si occultè di
 minuendo solùm pertingeret ad pre
 tium iustum infimum, non videretur
 peccare contra iustitiam.

Similiter peccant contra iustitiam
 & in re notabili tenentur ad restitu
 tionem; qui computando cum mer
 catore, aliqua reticent quæ certò sci
 unt se ex officina habuisse, sed non ea
 se scripta à mercatore. Solentque
 insufficienter se excusare, dicendo
 ideo illa reticere, quia carò nimis ve
 diderit eis alias merces. Nam si non
 vendiderit ultra pretium rigorosum
 iustum, tenentur in conscientia stare
 convento pretio.

15. *QUAERO.* An venditor tenetur
 aperire defectum mercis suæ? Resp. 3.
 emptor roget venditorem de bonitate

te, aut vitio rei, vel si petat ad certum
 usum: tenetur venditor aperire rei vi-
 tia quæ sunt occulta; quia ex officio
 tenetur explicare conditionem rei
 suæ, si rogetur. Quod si asserat rem
 vitio carere, & eam multum laudet
 sciens occultum vitium, facit injuri-
 am emptori; quod si hac ratione alli-
 ciat emptorem qui alioqui emere no-
 luisset, contractus est in validus, quia
 dolus ei dedit causam. Si voluisset e-
 mere sed non tanti, habet actionem
 quanti minoris. Si petenti ad certum
 usum det rem inutilem, tenetur ad da-
 mna. Vide *Less. fusè l. 2. c. 21.*

Resp. 2. Si venditor laudet rem su-
 pra meritum, vel celet vitium, quod il-
 lam non reddat notabiliter minus uti-
 lem ad usum pro quo petitur, non te-
 netur ad restitutionem. Tum quia ferè
 scitur hæc consuetudo mercatorum
 ab eumentibus. Tum quia non incurrit
 emptor notabilem læsionem.

16. *QUAERO. An monopolium obli-
 get mercatores ad restitutionem?* Resp.
 generaliter à Doctoribus monopo-
 lium

lium accipi, pro omni machinatione
 quâ mercatores efficiunt, ut ipsi soli
 liquid vendant, vel certo precio vendant.
 Itaq; si conspirent in pretium, quod
 sit supra legitimū, sive supra rigorosū
 non peccāt cōtra iustitiā, licet peccare
 possint contra charitatē. Sic nec ē pro-
 res, cōspirātes inter se ut nō emāt, nisi
 infimo, sed tamen iusto, quod cōtingit
 quandoque in auctionibus publicis. Si
 verò conspirent in pretium supra legi-
 timum, peccant contra iustitiam, &
 tenentur ad restitutionē excessus pre-
 tii. Sic si emptores conspirēt ut pretia
 vili emant quod sit infra infimum ius-
 tum, obligantur venditori de damno.

Resp. 2. Quando mercatores con-
 munt omnes merces certi generis, pu-
 ta frumentum tempore messis, vel an-
 tē aut post, ut postmodum inducant
 caritatem, & suo arbitratu vendant.
 quidam Doctores asserunt eos pecca-
 re contra iustitiam, & obligari ad re-
 stitutionem: quia injuriam faciūt Reip-
 publicæ, & fraude quadam sunt causæ
 cuiusdam pretii iniusti. Alii tamen pu-

tant eos solùm peccare contra justitiã
 legalem, & ideò non teneri ad restitu-
 tionem. Ita *Molina & Less.* cum quibus-
 dam. Ratio est, quia non peccarunt e-
 mendo, si pretio currente emerint; nec
 servando, quia non tenebantur ex ju-
 stitia vendere. poterant enim servare,
 vel aliò ferre, vel vastare, &c. Itaque
 cum nunc vendant secundum æstima-
 tionem communẽ à qua pretium pen-
 det rerum, nec injusta actione illius
 pretii causa fuisse probentur, non vi-
 dentur obligari ad restitutionem; quã-
 vis puniri possint à Republica, eo quod
 contra justitiam legalẽ & bonũ publi-
 cum se gesserint inducendo caritatem.

3. Resp. Si aut fraude impediunt a-
 liqui mercatores, ne copia alicujus rei
 quam vendere volunt aliunde impor-
 tetur, ut sic caritatem inducant, tenẽ-
 tur ad restitutionem, tum mercatori-
 bus quos impediunt, & probabili lu-
 cro privant, tum Reipublicæ, quia per
 injustam actionem causa sunt majoris
 preti *V. Sylvestrum V. emptio q. 11.*

17. *QUAERO. An fraudes, quæ variè*

M

in

in emptione & venditione solent concurrere, obligent ad restitutionem? Resp ordinariè obligare, cum per illas causa damni datur, sive sint ex parte emptorũ sive venditorũ; sed hæ tamen parum æstimantur ab illis, ideoque sine fronte his passim suam involvunt conscientiam. Aliquas recenseamus.

1. Est ex parte vendentium, qui non solum non tegunt vitia occulta rei, sed & mirè rem extollunt emptoribus inutilem, vel parum utilem.

2. Est ex parte eorundem, dum subornant personas quæ rem faciant carius vendere quàm justum sit, quod fit plerumque in auctionibus: hi enim semper augent donec rei Diis ad pretium pertingat intentum, quod plerumque est supra rigorosum; quod ad illud pretium alii non augeant, reddunt horum qui ad hoc subornati sunt fraude res ad Dominum.

3. Est ex parte ementium, qui aliquid deterrèt quandoque à licitatione, fraude, vel minis, vel pecunia, ut ipsi obtineant infra justum pretium.

5. Est eorundem falsò rem vendendam deprimentium, falsoque asserentium esse inutilem, infrugiferam, vitiosam, litigiosam, ut talibus mendacis avertant emptores.

5. Est eorum qui persistunt in auctione pretii, non ut rem obtineant, sed solum ut alteri noceant, & carius emant, scientes ei rem quodammodo necessariam.

6. Esse potest ex parte eorum quibus res commissa est, ut exponatur venditioni & hi exponunt eam tempore & loco incommodo, ut aliqui contangui ne eam obtineant, vel ipsimet per aliã personam. Hoc quandoque Tutoribus contingit & Judicibus vel similibus, qui & pecuniã sinunt se abripi ad similia incommoda.

18. *QUAERO. Ad quam restitutionem hi teneantur?* Resp si notabile damnum per hoc aliis creetur, nam si propter hæc non vendatur res supra pretium rigorosum talis fori, vel infra infimum, crediderim non obligandos ad restitutionem.

M

19. *QUAERO*

19 *QUAERO. Quid dicendum de fraude illorum, qui bonis mercibus alias defraudatas, vel minoris valoris commiscunt. Ex. gr. Frumento commiscunt secale, aut alia semina, vel quisquilias; vino aquam miscent, tenue vinum cum praestantiori, lanas in locis humentibus constituunt, ut tanto magis ponderent, & sic de similibus, ubi in qualitate vel quantitate fraus aliqua intervenit? Resp. si simili admixtione facta mercator non plus rem vendat quam valeat ut sic (quia res non sit propterea deterior, quam quae passim ab aliis venditur) non videtur obligari ad restitutionem: Ratio est, quia per hoc emptoribus nullum vel exiguum damnum facit. Supponimus enim rem sic mixtam non ultra pretium vendi quod meretur etiam cum illa mixtione. Aliud foret, si damnum inde grave patiatur emptor; Puta quia res ei redditur postmodum inutilis, vel dispendiosa, Ex. gr. emit unum ad conservandum, & ob mixtionem aquae si cito non evacuatur, totum elanguescit, vel acescit cum ejus damno; emit*

fructus

fructus in quantitate, & quia commixti sunt per industriam vel fraudē mercatoris aliqui ad putredinem vergentes, paulò post magna pars inficitur. In his & similibus si non monuit emptorem, saltem post contractum, censetur causa damni per fraudem.

20. *QUAERO. Utrum liceat quandoq̄ emere rem furtivam?* Resp. non licere, nisi quando emeretur in gratiam Domini ut illi reddatur, & tunc teneretur Dominus pretium refundere; quia talis emptor censetur ejus negotium egisse. Alioqui qui emit rem furtivam, Domino comparēte tenetur eam reddere, etiam si nolit pretium reddere.

Resp. 2. Qui bona fide emit nesciēs esse furtivam, si postmodum deprehendat esse talem, potest reddere illi qui vendidit, repetito pretio ut se servet indemnem. Hæc est sententia multorum Theologorum & Canonistarū: imò aliqui eorum etiam tenēt; si mala fide emit sciens vel dubitans esse furtivam, posse se idipsum facere, *V. L. S.*
lib. 2. c. 14. dub. 3. in fine.

M 3

Sed

Sed *queres.* Quid si rem furtivam bonâ fide emptam alteri vendiderim? Resp. si tunc Dominus compareat, teneris solum restituere id in quo factus es indè locupletior. Unde si eodem pretio vendideris, ad nihil teneris; si plus, teneris auctarium illud dare. Si dono eam accepisti & vendidisti, teneris dare pretium, nisi fortè illud in largitiones liberales insumpseris, quas aliàs non eras factururus. Si eam donaveris, etiam ad nihil teneris, nisi similem ex tuis eras donaturus, tunc enim pepercisti rei tuæ.

21. *QUAERO.* An qui habent commisiones pro pluribus, possint à singulis tantum exigere, quantum ab uno possent pro eo solo negotium facerent? Hic casus est frequens & difficilis. Affirmative parti faver. *Less 20 24 du. 5.* ubi sic ait. Quando quis pluribus obligat operâ suâ, singulis in solidum, & illa aequè commoda est singulis, ac si pro illis solis foret exhibitâ potest à singulis tantum exigere, quantum ab uno posset, si pro illo solo praestitisset; ut cum quis nomine diversorum pro-

fici scilicet

sciscitur ad locum dissitum, ut ibi illorum
negotia tractet, vel testimonia & proba-
tiones in eorum causis conquirat. Porro
ad bonam fortunam vel industriam illius
pertinet, quod plura negotia concurrant,
ita ut uno medio possit ad ea conficienda u-
ti, vel eandem tuitionem pluribus impen-
dere. Neq; opus est ut qui sua eis negotia
committunt, sciant illum etiam aliorum
negotia agerere, sed sufficit ut tam utiliter
& opportunè ea gerere possit ac si alia si-
mul gerenda non haberet, & suam operam
cuiq; seorsum impenderet. Hæc Less Sed
hæc sententia nō omnibus placet. Un-
de contrariam docet Adam Tann. 22.
disp. 4 q. 7. dub. 6. Et ad rationem Lessii
respondet, quod opera jam uni ex ju-
stitia debita, non potest denuo alteri
novo pretio vendi, quia tua non est,
sed alterius. Quicquid sit, tutior sen-
tentia asserit expensas in eundo & re-
deundo necessarias debere dividi se-
cundum proportionem negotiorum
in plures illos quorum gratia factæ
sunt; & sic practicant timorati, pu-
toque per Judicem sic ordinariè de-
cernen.

cernendum. Nam & in quibusdam regnis extant pragmaticæ prohibentes integra stipendia à singulis exigi per

Commissarios, si plures levarint commissiones, sicut de regno Siciliae testatur *Ant. Diana*. Hæ autem pragmaticæ videntur consonæ Juri communi.

22. *QUAERO. An milites possint excusari, surripientes pro se & equis suis ut vescendum? Resp. excusari quando eis adest necessitas, si tantum cibum & potum sibi tunc & equis necessarium surripiant in transitu. Sed quærebat Confessarius quidam nuper, qui non nullos Officiarios audiverat: An quædam pergunt ad aliquam obsidionem ubi sciunt post paucas hebdomadas fore magnam penuriam, an inquam, tunc possint abducere secum pecora rusticorum quæ in via occurrunt, ut illi futuræ necessitati provideant? Hac scilicet ratione se excusabant in confessione à restitutione. Sed respondeo calvan esse hanc excusationem, non enim de sunt pecuniæ dum ad obsidionem aliquam exercitus procedit, quas possent*

imper

impendere, sive in emendis pecoribus
quæ secum duceret sine furto, sive pro
comparandis necessariis aliis. Atque
cum necdum tunc urgeat eos necessi-
tas, non possunt cum tanto pauperum
rusticorum damno & ruina futuris even-
tibus providere, alioqui si hæc excu-
satio acceptetur, omnibus furtis latif-
sima panditur via, & illis pallium da-
tur amplissimum quo se tegant.

CAPUT VIII.

*Resolutiones circa VIII. Decalogi**Præceptum.*

1. **Q**UAERO. *De quibus interrogan-
dus est Pœnitens circa hoc Præce-
ptum?* Resp. 1. An aliquod falsum testimo-
niū contra aliquem in iudicio dederit?
2. An Superiori de proximi peccato
rogati mentitus falsò fuerit, accusan-
do, vel excusando? 3. An famam ali-
cujus læserit falsum spargendo, vel oc-
cultum detegendo? 4. An discordias
inter amicos seminarit? 5. An in
malam partem facta alterius interpre-
tatus fuerit? An temeraria iudicia
de proximo habuerit? 7. An per
adula-

adulationem alicui peccati causam ne dederit? 8. An mēdacia pernicioſa non protulerit? Sed de his paucaſ quæſtiones in particulari proponemus: ac ut primis de detractiōibus.

Itaq; *queritur* de detractiōe, quando peccatum ſit mortale? Reſp. eſt peccatum mortale, ſi ſit detractiō formalis in re gravi. Dicitur autem *formalis*, ſi quis directè intendat famam alterius lædere. Quod ſi ex quadā loquacitate narrat quiſpiam peccatum vel defectus alterius; eſt detractiō materialis. Quæ tamen aliquando potest eſſe peccatū mortiferum, ſi quæ narratur graviter proximum lædit in fama, quia licet nō intendas expreſſe lædere, tamen id cenſeris implicite intendere, dum cauſam ponis læſionis.

Reſp. 2. Si id quod narratur, parum lædit, detractiō eſt tantum veniale. Hinc narrare defectus veniale non cenſetur niſi veniale eo quod ordinariè hi notabiliter non læduntur in man, cum ab his vix homines ſunt laedi. Poſſet tamen talis eſſe conditio perſonæ

personæ, ut defectus similis censeatur magni momenti. Ex. gr. Si de Prælato aliquo gravi, dicas esse mendacem, id est crebrò mentiri; nam dicere illum semel & iterum mentitum, non videtur mortale.

Similiter è contrà quædam peccata etiam mortifera non censentur notabiliter lædere famam ratione conditionis personæ. Ex. gr. de juvene dicis esse prodigum, vel amoribus deditum; de milite dicis decepisse aliquam puellam, vel frequentare aliquam concubinam.

2. *QUAERO. Quale peccatum sit generali nomine aliquem infamare, v. g. dicendo esse superbum, esse avarum, esse iracundum?* Resp. ordinariè non esse peccatū mortale, quia hæc non ita solent accipi, ut sonent peccata mortalia, sed ut denotent naturalem inclinationem, vel etiã veniales defectus. Ratione tamen dignitatis personæ de qua dicuntur, vel quia putantur accipiēda quandoq; pro gravibus vitiis, posset in his peccatum mortiferum committi ut notat. *Nuv. 18. n. 24.*

3. *QUAE-*

3. *QUAERO. An sit peccatum mortale, revelare defectus naturales, ut si dicas aliquem esse ignarum parvi judicii, parvi ingenii? Resp. non esse, nisi inde aliquod notabile damnum sequatur. Idem dicendum est de defectu natalium, ut si quis dicat esse filium Clerici, aut natum ex adulterio, & similia. Ratio est, quia ob hæc non censetur quis infamiam, sive læsionem in fama propria contrahere. Videndum tamen an hoc ex nimio contemptu non dicatur, & an etiam ab aliis valde contemnendum non censetur; nam ob circumstantias similes posset peccatum esse grave. Navarr. supra & alii.*

4. *QUAERO. An sit mortale, revelare crimen alterius uni vel duobus qui rem omnino silebunt? Resp. Multi putant non esse Cajet. q. 73. art. 7. Pet. Navarr. l. 2. cap. 4. Cordub. Tract. de Detractione q. 2. Concl. 5. Ratio esse potest, quia illud censetur esse leve detrimentum in fama, si uni vel duobus dicas, quibus dicere perinde sit ac si nulli dicas, cum periculum non sit evulgationis, aut aliterius incommodi gravioris.*

5. *QUAERO. Utrum qui injuriam sibi factam ab aliquo, amico refert, peccatum detractionis incurrat, vel quale peccatum committat?* Resp si faciat intentione detrahendi, & ut se vindicet, potest esse quandoque peccatum mortale: si autem ut consolationem accipiat, sive ut querelâ expositâ dolor mitigetur, non est peccatum saltem mortiferum, quia jure suo uti videtur. Ita *Less ex Pet. Navar. l. 2. c. 4.* Rationem subdit: Quia nimis grave est, & præter humanam consuetudinem, ut quis cogatur injurias acceptas solus in silentio concocquere, nec possit eas cum amico communicare: cum hac ratione magna pars earum veluti pondere quodam levetur. Unde si inde aliqua infamia auctori injurię provenit, ipsi imputandū.

6. *QUAERO. Utrum manifestare possim crimen alterius occultum ad impediendum damnum proximo impendens?* Resp. si aliter nõ potest averti, id licere Ratio est, quia nemo habet jus tuendæ famæ cum damno gravi alterius. Hinc resolvuntur Casus sequentes.

N

Casu

Casus 1. Ego novi aliquem famulum furem esse, possum monere eos cum quibus habitat, ut ei advigilent.

2. Si homicidium, vel aliud crimen imponitur innocenti, qui ob id eripletendus, possum aperire auctorem imò teneor.

3. Si agitur de officio vel beneficio conferendo, de matrimonio contrahendo, de Religione suscipienda, si ego sciam justum impedimentum, unde notabile incommodum timeri debet, possum ejus occulta pandere.

4. Si quis simulet se peritum Medicum, vel Advocatum, vel Pharmacopolam cum periculo damni alterius & sciam non esse talem, possum aperire ejus fictionem.

5. Si quis simulat pietatem & paupertatem, ut eleemosynas conquirit cum damno aliorum pauperum, possum ejus hypocrisim vel fictionem aperire, occulta peccata manifestare. Cum enim fama ejus tota in errorem versetur, non habet ad eam jus cum aliorum periculo, vel incommodo.

7. QuA

7. *QUAERO. Utrum qui uno aut altero crimine est infamis, & notus ut talis, possit etiam de aliis ignotis infamari?* Resp. non posse, quia qui est infamis in uno genere vitii, non propterea amisit jus & famam quam habet in aliis virtutibus. Nam v. g. potest quis haberi tamquam adulter, non tamen tamquam fur, aut tamquam hæreticus; & ideo si est occultum, non possum detegere.

Aliud foret, si tantum referantur crimina aliqua minora, affinia, & ordinariè cōiuncta crimini illi quod iam publicum est. Ex. gr. infamatus est quis de furto aliquo grãdi, & tu apud illos qui norunt principale refers alia minora. Aliquis infamatus est tamquam adulter, & tu aliquas conversationes, vel actus ad ipsum spectantes narras. In his non intercurrit grave peccatum, si non censeatur notabiliter infamia augeri.

8. *QUAERO. Utrum crimen proximi publicum in aliqua civitate, liceat alibi patrefacere ubi ignoratur?* Resp. id non esse contra iustitiam, quando crimen est publicum & notorium, quia talis amisit

jus ad famam, unde non fit ei injuria
 Immò si fama cõmunis brevi illud per
 latura erat ad locum illum, ne quidem
 est contra charitatem, vel saltem non
 est peccatum mortale. Id ipsum affe-
 runt *Navarr. & Cajet.* scilicet non esse
 mortale, licet fama illuc non erat per-
 ventura; quia quando semel infama-
 tus est quis publica infamia, cùm jam
 non habeat jus ad famam, non videtur
 grave, si de publico facto alibi fiat mē-
 tio. Et quidem non solent hoc grave
 æstimare referentes, si publica scanda-
 la alibi facta alio in loco enarrent.

9. *QUAERO* *Utrum quis audita referens absq̃, asseveratione, & dubitatione, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?* Resp. negativè, si ita referat, ut probabile non sit infamiam indè orturam, eo quod alii non sint credicuri. Si tamen audita referat coram illis quos probabile est ex sua levitate credituros, licet sufficientem occasionem ad id minimè dederit, potest peccare mortiferè contra charitatem, quamvis non cõtra justitiam; nec tenetur a

restitutionē, eo quod sit causa efficax
damni per se, cū narratio non sit ta-
lis, ut fidei idonea sit facere, sed po-
tius id eorum levitati, & malitię sit tri-
buendum. Attamen quia ex charitate
tenebatur abstinere, advertens ex suis
dictis alterum graviter lædendū, ideo
mortale peccatum potest incurrere.

Hinc infero illum qui narrat audita
ab hominibus parum fide dignis, indi-
cans suos auctores, non teneri ad resti-
tutionem, quamvis aliqui audientes
credant. Nec refert quod malo animo
id faciat, quia intentio nocendi nō ob-
ligat ad restitutionem, si opus ex se nō
sit damnosum. Qui verò refert audita
tali modo, & talibus auctoribus no-
minatis, ut audientes meritō possint
induci ad opinandum malum, tenetur
ad restitutionem, quia dat sufficien-
tem causam damni.

10 **QUAERO.** Quomodo peccet qui au-
dit detrahentem? Resp. 1. Qui ita audit
ut inducat, vel excitet ad detrahendū,
vel ad prosequendum inchoatam de-
tractionem, non minus peccat quam

N 3

detra-

deprehens; quia ei causa peccati, & ita tenetur ad restitutionem, nisi detractor restituat. Si vero audiendo detractorem, laetatur quidem, non tamen inducit, aut animat ad continuandum, non tenetur ad restitutionem, quia non est causa damni: Potest tamen peccare venialiter si quis solum delectetur eloquentiam detractoris, vel curiosam cognitionem factorum proximi, non tamen desideret ut ille detrahat; tunc enim non est peccatum mortale.

Resp. 2. Qui nec inducit, nec laetatur; tamen audit, nec resistit detractori, aliquando mortaliter, aliquando peccat venialiter. *Mortaliter*, si infamia sit gravis, & facile possit eam impedire, nec putet alia ratione averterendam, vel brevi recuperandam famam. Charitas enim obligat ad grave damnum proximi avertendum, quando commodè possumus. *Venialiter* peccat, si detractio non est gravis, vel infamia verecundia, aut animi pusillitas non audeat resistere, quia tunc valde difficile est efficaciter impedire; unde

tunc non tenetur sub mortali, nisi infamia esset valde atrox, & gravia incommoda mox paritura. Tunc enim debet sibi vim facere excussa verecundia, & modestè contradicere. Item solum venialiter peccat, si putet auditores non credere. Potest autem quis excusari à peccato, si putet monitionem non profuturam, vel si metuat aliquod grave damnum, puta contumelias vel verbera; vel si rationabilis verecundia obstat, si sis inferior, vel nullius auctoritatis. Ita Less. & alii.

II. *QUAERO. Quomodo fama sit restituenda?* Resp. qui falsum crimen disseminavit, debet adhibere omnem industriam, ut falsa illa opinio animis hominem eximatur. Unde tenetur illis significare se deceptum fuisse, aut falsum dixisse, etiam cum juramento ubi opus erit. Quod si id fecerit, jam amplius ad nihil tenetur, & si auditores non credant; quia illorum perversitas jam est causa pravæ opinionis.

Resp. 2. Qui crimen occultum manifestavit, dicat se deprehendisse de-

ceptionem, & se errasse, ac deceptum fuisse; laudet infamatum, & honorificè de eò loquatur, ubi datur occasio, aut simili alio modo expressè vel implicitè, quantum in se est, eximat opinionem quam iniecit.

12. *QUAERO. Quenam excusent à fame restitutione?* Res. p. 1. excusare si fama alia ratione jam sit recuperata. 2. Si infamia jam abiit in oblivionem. 3. Si revera infamia efficaciter non fuit secuta, eo quod infamator esset nullius fidei, quod sæpe contingit. *Item* si illi apud quos infamavit, sciebant similia, ita ut infamia non fuerit notabiliter aucta. 4. Si non possit fieri sine amissione famæ, quæ sit longè majoris momenti, ut si Prælati vel Viri illustres infamavit plebeium, non tenetur cum jactura sui nominis revocare. Ratio est, quia ille plebeius non potest cum ratione exigere, ut ille famam tantum momenti amittat; sed debet esse contentus laude, si eum laudet in eo genere virtutis, ubi infamavit, vel honorificâ compellatione, aut salutatione.

aut certè pecuniâ ex arbitrio prudentium, ut passim tenent Doctores.

13. *QUAERO. Utrum in fama possit fieri compensatio?* Resp. affirmative. Si tu alium infamisti qui te antea infamarat, non teneris ei ad restitutionem, si ipse tibi restituere nolit, sed potes uti compensatione, maximè si infamia gravior non sit ei à te illata. Immò quidam putant posse fieri compensationem infamiae cum damno in fortunis tibi illato. Ex. gr. Intulisti Petro damnum, & ille graviter te infamavit, tu potes illi denegare restitutionem, si nolit tibi restituere famam. Immò advertendum, si quis te infamet, nec possis infamiam alia ratione avertere, tu potes illius occultos defectus aperire, ne fides ei adhibeatur, v. g. dicere quod aliàs in mendacio & perjurio sit deprehensus, si ita sit *V. Less. l. 2. c. 11. dub. 25.*

14. *QUAERO. Quale peccatum sit iudicium temerarium de proximo?* Resp. iudicium temerarium (sive ex levibus aut insufficientibus indiciis) quod concipitur de gravi malo proximi, cum

N 5

plena

plena animadversione, ordinariè est peccatum mortale. Ratio est, quia fit injuria proximo, & in despectum ejus gravem vergit, quod in corde tuo judices eum sine causa improbum: & ex malevolentia pravoq; affectu provenit, quod advertens signa non esse sufficientia, nihilominus pergis judicare.

Resp. 2. Si indicia non sint omnino sufficientia ad certum judicium, magnam tamen habeant probabilitatem, ut rem faciant omnino credibilem; non censetur mortale, etsi rem judices moraliter certam; quia non est tanta distantia inter valde probabile & moraliter certum, ut censetur gravis injuria inferri, si quod valde probabile est, judicetur esse certum.

Resp. 3. Non est nisi veniale, de defectibus levibus & venialibus judicium temerarium; quia non est gravis per hoc injuria. Item non est nisi veniale, si fuit grave malum, sed non perfecte advertisti te malè judicare; vel non advertisti signa esse insufficientia, licet adverteres te malè judicare.

15. Quae

15. *Quaero. Quale sit peccatum suspicio temeraria?* Resp. suspicionem quâ ex levibus indiciis malam de propinquo opinionem habemus, ordinariè non esse nisi veniale peccatum; quia cum semper maneat intra latitudinem ambiguitatis sine iudicio & definitiva determinatione, non involvit completè contemptum proximi. Si enim proximum completè despiceret, prorumperet in definitivam sententiam, & diceret in seipso, v.g. Ioannes est perversæ mentis. Vide *Cajet. in Summa V Suspicio*. Quidam tamen putant suspicionem de gravi malo pertinacem, proveniente non ex humano errore sed ex contemptu & malevolentia esse mortale peccatum. Ita *Less. 2. c. 29. dub. 3.*

Petes: Quomodò sciri potest an tantum sit suspicio, an verò iudicium firmum; in his enim discernendis hærent nonnumquam pœnitentes, hærent & Confessarii? Resp. Dum quis ita iudicat, ut rogatus an habeat pro certo, responsurus sit sibi certum, aut

N

ferè

ferè certum videri, tunc censetur iudicium firmum. Si verò ita iudicet, ut sponsurus sit se non esse moraliter certum, sed se posse ea in re falli, tunc, solum est suspicio. Hæc est regula Cajet. & aliorum Theologorum.

16. QUÆRO. *An susurratio sit peccatum mortale?* Resp. Susurrationem vocari oblocutionem ad amicitiam tollendam inter aliquos, & in genere suo esse peccatum mortale, cum tendat ad nocendum proximo, tollendo magnū bonum, amicum scilicet. Unde qui seminant discordias inter cōsanguineos vel amicos, graviter valde peccāt. Potest verò susurratio esse venialis propter imperfectionem actus, quia non intendit contra amicitiam, licet materialiter dicat aliquid provocativum contra amicum. Videndum tamen ex gravitate nocementi, an non redeat actus in naturam suę speciei, quia tenebatur advertere ex suo dicto tale nocementum oriturum. Potest etiam esse venialis, ex parte ejus quod dicitur, quia leve est, vel ex parte modi; quia

jocosè

jocosè & non seriò dicitur. Ita *Cajet.*
in Summa V. Susurratio.

Petes: An is qui ad dissolvendã amicitiam alicui damnosam occultum alterius peccatum aperit, censeatur susurro, & peccatum mortale incurrere?
Resp. non peccare, sed opus charitatis agere, quia talis non est vera amicitia, quæ non in virtute, sed vitio est fundata, atque etiam alter non habet jus ad tuendam famam suam cum damno proximi, ut supra dixi.

Sed quid si ad dissolvendam amicitiam damnosam constringat grave peccatum de altero, ut amicum ab illo avertat? *Resp.* si sit peccatum cum infamia conjunctum, peccat mortaliter, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Quod si peccato non sit infamia adjuncta, non censeatur nisi veniale peccatum *Sayrus l. 12. c. 5.*

17. *QUAERO* Utrum sub peccato mortali teneatur quis testari, vel denunciare, *Judice præcipiente, vel juramentum deferente?* *Resp.* subditus tenetur, si auctor laboret infamia delicti, vel si de

illo jam semiplenè probatum est. Item, licet nulla laboret infamia, si tamen ab eo impendat grave damnum bono publico, vel etiam privato, quod aliter nequit averti, tenetur quis denunciare & testari. Item si procedatur via accusationis, & delictum plene probetur, testis citatus tenetur testari.

Resp. 2. Multis casibus non tenetur quis denunciare vel testari. 1. Si sub secreto tibi patefactum est, consilii, vel auxilii causa, ad salutem animæ vel corporis. Ex. gr. si sis Medicus, Advocatus, Obstetrix. Non enim debet miser obesse, quod consilii vel auxilii petendi causa se alteri bona fide patefecerit, & hoc etiam verum est, licet infamia vel semiplena probatio de auctore præcesserit. Si tamen denuntiatio vel testificatio ad aliquod damnum publicum vel privatum foret necessaria, promissio secreti etiam jurata non obligat, quia juramentum promissorium cedens in damnum tertii, non potest obligare. 2. Si auctor laborat infamia, nec timetur damnum

in futu
dari,
enam
licet c
cet pro
3. Qua
fation
posse,
sciant
facor
ex der
rabile
deat, t
bonu
gnov
hoc e
que t
digni
bus n
jure d
quia
nienc
strict
10.
mni
quan

in futurum, quia poterit alia via emē-
dari, puta monitis privatis, nō teneris
etiam tunc denuntiare vel testificari,
licet cum duobus & tribus scias, & li-
cet procedatur per viam inquisitionis.
3. Quando proceditur per viam accu-
sationis, si testis videt rem probari non
posse, eo quod ipse solus & accusator
sciant, non tenetur testari, quia accu-
sator tunc non potest accusare. 4. Si
ex denuntiatione vel testificatione no-
tabile damnum tibi vel tuis impen-
deat, non teneris, nisi fortè publicum
bonum necessariò id postulet. 5. Si co-
gnoveris ab iis qui fide non sunt digni
hoc enim perinde est ac si nescires. Ne-
que tunc expedit revelare eos, si fide
digni nō sunt. Porro in casibus in qui-
bus non tenetur quis revelare etiam si
jure dicere veritatem, non tenetur,
quia potest iuramentum suum conve-
nienti modo intelligere cum hac re-
strictione: *Quatenus teneor, juro.*

10. *QUAERO. Tenetur-ne testis ad da-
mni secuti restitutionem, si nolit testari,
quando obligatur, vel si tunc veritatem
occultet.*

occultet

occultet Resp Quosdā DD. ita sentire; teneri scilicet ad restitutionē damporum quæ inde oriuntur, quod noluerit restari, vel veritatem patefacere, quia tunc ex justitia tenetur testimonium dare citatus à Judice. Alii negant; licet enim fugit, vel se occultat antequam Judicis citatio denuntietur ei legitimè, non tenetur ad restitutionem dāni, defectu testificationis secuti, quia necdū obligatus erat præcepto Judicis, cum necdum ei debito modo erat impositum. Si verò ei jam inlinuata est citatio per ministrum justitiæ licet obligetur præcepto & obligatione obedientiæ, non tamen obligatione justitiæ, antequā acceptarit. Cum verò acceptavit, tunc tenetur ex justitia veritatem dicere, legitimè interrogatus.

19. *QUAERO Utrum testis ratione falsi testimonii teneatur ad restitutionem dāni secuti.* Resp. 1. teneri si sciens vel ex crassa ignorantia falsum testetur; nisi fortè jam damnum erat datum sufficienter per alios testes, ita ut ejus testimonium nihil effecerit; tunc enim

non

non censetur causa efficax damni. Adde, quod si quis per falsum testimoniū alium in periculum mortis induxit, tenetur retractare, etiā si simile periculum illi crearetur. Tenetur enim avertere quisque damnum, quod alteri iniuriam paravit etiā cum pari damno suo. Et hoc verum est in omni restitutione, siue famæ, siue pecuniæ, siue honoris, quia in pari damno melior est cōditio innocentis. Itē si alios ad falsum testimoniū induxit, tenetur Judici machinationē aperire, ut innocēs liberetur. Hęc autem intellige, si spes sit revocationem & detectionem profuturam.

Resp. 2. Qui falsum testimonium dixit ex inadvertentia, vel oblivione, vel ignorantia non mortifera, nec graviter culpabili, non tenetur ad restitutionem: solum enim tenetur de dolo & culpa lata, non de levi aut levissima: & censetur tunc tale damnum quasi fortuito illatum. Ita multi cum *Cajet. quest 70. art. 4.*

24. *QUÆRO. Utrum testis possit pecuniam accipere, ut dicat veritatem, & si accipiat,*

accipiat, an teneatur restituere? Resp. posse accipere expensas, & dietam quā impendit, ut audiatur in testem; etiam potest accipere aliquid pro damno & periculo quod incurrit, testem se exhibendo. Si autem accepit pecuniam solū hoc titulo, ut verum testimonium dicat, teneatur restituere, nisi liberaliter ei datum sit. Ratio est, quia si testari velit, teneatur veritatem dicere ex iustitia; & ideo pro ea re nihil potest accipere. Imò teneatur restituere, quia censetur extortum, & coactè datum ex metu injuriæ, ne fortè injustitiam committat.

Sed quid si testis pecuniam accipiat ut falsum testimonium dicat, teneaturne ad restitutionem? Resp. quorundam sententiam esse non teneri, quia putant acceptum ob turpem causam generaliter non esse restituendum. Unde nec Iudex si acceperit pecuniam pro sententia injusta, teneretur. Alii volunt non posse recipi, nec retineri acceptum pro opere pravo quod legibus punitur; eo quod leges videantur

impe-

impedire eius acquisitionem & dominium, dum similia pacta irrita reddunt. Sed prior sententia omnino probabilis est. Et licet leges velint talia pacta invalida esse, ita ut obligatio civilis ex illis non nascatur; non tamen incapacem reddunt acquisitionis rei in foro conscientiae eum qui accipit & retinet opere iam completo. Saltem talis ante sententiam Iudicis non tenetur restituere.

21. *QUAERO. An reus à Iudice interrogatus teneatur fateri veritatem?* Resp. 1. Certum est non teneri, si Iudex non interroget servato iuris ordine. Puta, quia interrogat de crimine occulto, de quo nec est fama sufficiens, nec sufficientia iudicia, nec probatio semiplena.

Resp. 2. Si Iudex interroget iuridice multorum etiam probabilis est sententia, si agatur de poena gravi, maxime capitali, non teneri reum se prodere, nec peccare mortaliter negando crimen quamdiu est spes evadendi. V. *Sylvest. V. Confessio delicti, Em. Sa, V. Reus, Unde sequitur, non teneri reum iurare*

iurare

jurare ad mentem Judicis, seu posse uti artificio; seu æquivocatione, vel restrictione mentali. Nec tenetur de juramento calumniæ; hoc est, non tenetur jurare se in omni parte litis dictorum veritatem, maximè si dubitet se iuridicè interrogandum.

Petes: An reus accusatus de crimine quod iuridicè probari nequit, peccet, si negando crimen dicat accusatorem mētiri & calumniari? *Resp.* posse peccare contra charitatem, si simpliciter negando possit se defendere, sine simili verborum asperitate, quia non est proximo malum majus inferendum quàm ad tui defensionem sit necessarium. Non peccat tamen contra justitiam, quia reus se potest tueri quavis via, modò non dicat mendacium. Non censetur autem dicere mendacium, quia qui accusat de eo quod probare non potest, calumniator præsumitur in jure, & mentiri; tum quia contra dictamen conscientia lequitur; tum quia falsum præsumitur in judicio, quod probari nequit.

Idem

Idem dicendum de eo qui extra iudiciū negat se dixisse aut fecisse quippiam, quod alius illicitè aperuit; ut si secreto, vel tamquam amico ex confidentia tibi patefecit, & tu id alteri referas cum mea infamia, vel cū offensione gravi illius. Si enim ille mecum ea de re exoptulet, possum negare me dixisse, conveniendi modo intelligendo ut mendacium viterur. Negādo enim utor jure meo; quisque enim habet jus sua occulta dicta, vel facta celandi quantum potest, si indè infamia sibi vel offensio alteri nascatur. Quod si delatori indè incommodū obveniat, sibi imputet. Ita *Less. l. 2. c. 31. dub. 2. Petr. Navar. c. 4. n. 348.* Aliud esset, si alter licitè id patefecisset; tunc enim ei fieret injuria, si sine sua culpa infametur ut mendax.

Adverte quoque reum ut se defendat, cū aliter non potest posse detegere occulta crimina testium, ad labefactandum eorum testimonium, v. g. crimen falsi, vel perjuriū. Is enim qui se offert ad testandum, sibi imputet, quia tali se periculo exponit.

22. *QUAERO. An reus possit fugere carcere, & vincula ac carceres perfringere si poenam mortis timeat? Resp id posse nisi jurarit se permansurum. Est enim ei tale jus ad vitae suae conservationem, ut humana potestas eum obligare non valeat ad eam non conservandum, si ejus spes aliqua affulgeat. Neque effringendo vincula & carcerem inferre censetur vim potestati publicae, quia haec non est in vinculis aut lapidibus, sed in Judice & ministris quibus vim non licet inferre, quando est justa condemnatio.*

Hinc sequitur, quod si reo licitum est fugere, etiam aliis licitum esse illi consulere, & auxilium ferre, suppeditando instrumenta & media ad fugam. Si enim licet finem consulere, cur non & media porrigere? Neque id est violare publicam custodiam, quia non juvo effringere, neque porrigo instrumenta ei qui injustè sit usus. Itaque non licet juvare effringendo, aut rumpeo carceres, vel vincula. Quia scilicet reus ad id habet jus ob maximum

inso

incommodum quod ei imminet. Alio-
qui nihil posset Judicibus esse firmum
& tutum.

*Adverte etiam quod ministris justi-
tiæ non licet consulere reo, vel sup-
peditare instrumenta, quia ex officio
prohibentur: tenentur enim quantum
in se est reum curare detineri: unde ip-
si suadentes vel cooperantes ad fugam
injuriæ Reipublicæ faciunt.*

23. *QUAERO. Utrum quis possit sibi
falso crimen imponere ad vitanda tor-
menta, si extremo supplicio inde sit affi-
ciendus? Hic casus non est infrequens in
illis qui non valent torturas sustinere,
& mortem præeligunt, ideoque fatentur
crimen quod non fecerunt, puta malesti-
cium, vel homicidium? Resp. Probabilem
esse recentiorum Doctorum opinio-
nem, non esse id peccatum mortiferum;
nec postea teneri revocare, si ad tor-
menta iterum sint rapiendi Quæ o-
pinio favet multis miseris, qui alio-
qui non solum corpore, sed & ani-
mâ perirent confitendo ea quæ non
audent revocare metu tormentorum.*

Quam

Quam sententiam, latè explicat. *L. 2. c. 11. dub. 7.*

Non licet tamen metu tormentorū alterum accusare falsi criminis, si e mors inde impenderet, aut grave malum. Quia non habet eam potestatem in famam alterius, quam habet in suā. Tunc tamen potes occultum alterius peccatum aperire, vel secretū, quia nō teneris cum tanto tuo incōmodo alterius famam servare. Quod verum est, nisi inde gravissima incommoda timeantur, v.g. si esset secretum Principis, vel Reipublicæ, vel exercitus.

Petes: Quomodò peccent litigantes qui appellant à sententia justa ad differendam executionem? *Resp* teneris alteri parti de damnis & interesse, si injusta est appellatio, esseque peccatum mortale, quando satis patet sententiæ justitia. Quod si illa obscura est, potest sine peccato appellari.

24. *QUAERO.* Quale peccatum committit, qui aperit litteras alienas, & eas legit, vel scripturas, quæ in secreto observantur? *Resp.* si advertit, vel advertit

tere debet notabile damnū alteri posse inde obvenire, peccat mortaliter; nisi id auctoritate legitimā faciat, quomodo faciunt tempore belli locorum Governatores, item & Prælati in Monasteriis.

Qui autem aperit imprudenter, putans eas ad se missas, aut ob curiositatem quæ non judicatur periculum involvere alicujus nocimenti, non peccat mortaliter, sed venialiter. Qui autem aperit ex tacito cōsensu ejus à quo vel ad quem mittuntur, non peccat.

Similiter dicendum de secreto commisso. Si enim quis illud revelat, advertens aut advertere debens inde secuturum alteri notabile damnum, aut notabilem discordiam, peccat mortaliter. Detectio autem secreti, quàm constat nemini notabiliter nocituram, solum est venialis.

25. *QUAERO. Quale peccatum sit irrisio proximi?* Resp. si absit contemptus personæ, esse ex suo genere peccatum veniale: eo quod secluso contemptu leve damnum nata sit inferre, puta e-

O

rube-

rubescantiam. Si quis tamen putet defectu etiam levi objecto quempiam graviter commovendum, potest mortaliter peccare. Item, ratione status & conditionis personæ, potest esse hic gravior culpa, si in risum traducatur.

DE PRÆCEPTO IX.

Quæ hoc Præceptum concernent, explicata sunt in Præcepto VI.

DE PRÆCEPTO X.

Quæstiones hoc Præceptum concernentes, explicatæ sunt in Præcepto VII. Unica quæstio hic explicanda de his qui lucrum captant ex ludis.

I. *QUAERO. Quando quis teneatur restituere ex acquisitis per ludum.*
Resp teneri variis casibus.

1. Si lucratus est quis ab eo qui non poterat in ludo deponere, quia non habebat dispositionem rei quam exponere. Tales sunt Religiosi respectu rei notabilis, nisi accedat consensus Prælati. Tales & pupilli ac minores juxta multorum sententiam: Item filii familias, nisi habeant propria bona castrensia, aut quali castrensia. Peccat

funt tamen hi perdere secundum morem personarum suæ conditionis, id quod honestæ recreationi cōgruit, nā hic est tacitus parentum consensus.

2. Si per injuriam, puta minis, fraude, cōvitiis, ad ludum pertraxisti quēpiam, & vicisti; secundum multorum sententiam teneris restituere.

3. Si simules te parum peritum ut ad ludendum allicias, cū tamen moraliter certus sis te lucraturum, tunc etiam teneris ad restitutionem, quia tunc dolus dat causam contractui. Idem dicendum cū quis sponzionem facit cum altero, ita ut certus sit de re super qua fit sponzio, & tamen dissimulat ut alliciat alterum.

4. Si cū incipis ludere habebas animum non solvendi, vel solutum repetendi; tunc etiam non poteris in conscientia lucrari. Tum quia decipis alterum, & si sciret tuam deceptionem, nollet ludere: tum quia debet par esse conditio ludentium, ut uterque eorum eodem modo paratus sit rem depositam perdere.

5. Si utaris fraudibus cōtra leges ludi, teneris ad restitutionem ejus quod sic lucraris; immò & ad restitutionem ejus quod alter justè lucraturus erat, nisi fraude impeditus fuisset, quia damnum per injustitiam ei inferis. Leges autem ludi sunt, quæ vel eo loco receptæ sunt, vel quas ludentes communi consensu statuunt. Fraudes autem vel astutiæ communi consuetudine receptæ, vel in quas tacitè ludentes cōsentiant, sunt licitæ, nec obligant ad restitutionem. Ex. gr. si quis advertens se lucraturum, roget adversarium an velit deponere duplum; aut si videat errantem in numerandis signis, & non moneat; quia cū unusquisque suas agat partes, non tenetur alterius agere; & ludenti non censetur prodesse, quod per negligentiam non advertit, nisi aliter consuetudo habeat.

Injusta autem foret deceptio & ad restitutionem: (Ex. gr. in lusu chartarum) si quis suffaretur chartam, unde eum contingit vincere. Item, si chartas signis notet: ut agnoscat quando

libi

sibi vel collusori pars peior vel melior contingat. Item, si ita artificiosè charitas cum fraude componat, ut melior ludi pars sibi contingat.

2. *QUAERO. An qui lucratus est ludo vetito, teneatur restituere?* Resp. ex communi sententia retineri posse, nisi per sententiam Judicis quis condemnatur ad restituendum. Ratio est, quia ex eo quod ludus sit prohibitus, non propterea impeditur translatio dominii. Potest autem per Judicem repetere is qui perdidit; immò potest non solvere, quia Iura sic disponunt.

3. *QUAERO. Quinam ludi censeantur prohibiti?* Resp. jure civili prohibitos esse etiam laicis ludos qui fortuna magis quàm arte reguntur, & hi communiter nomine alearũ significantur in jure. Patet lege 1. & 2. cap. de Aleatorib. Clericis etiam prohibetur ludus alearum & taxillorum can. 41. Ap. & Cap. Clerici. De vita & honestate Clerico. Et repetitur prohibitio in Trid. ss. 22. c. 2. De refor. Unde censetur peccatũ mortale, si his ludis vacent, id est, crebrò &

per longum tempus ludant. Si ad breve tēpus recreationis causa, licet crebró ludant, non videtur peccatum mortiferum, si absit scandalum. Nam hi Canones non videntur recepti modo, nisi quatenus id prohibent fieri cum periculo scandali, cum nec per Superiores curentur executioni mandari. Ita *Less. l. 2. c. 26. dub. 1.*

4. *QUAERO. Quid si victus ob deducum non audeat repetere in iudicio, poteritne uti occultâ compensatione?* Resp. negare id plerisque Doctores. Ratio est, quia non habet jus ad recuperandum amissum, nisi per Judicis sententiam, nec aliud ei leges permittunt.

5. *QUAERO Quid si uterque renunciarit beneficio legis, & cesserit iure suo?* Resp. si solum renunciarit simplici verbo absque juramento, poterit non solve-
re, & solum repetere: quia si solus cesserit non privat hominem iure, quod ei lex tribuit in favorem boni communis. Si verò iuravit se non usurum beneficio legis, tenetur solve-
re; nec potest repetere, nisi fortè iuravit qui tenetur

se solitum, sed non iuravit se non repetiturum, nec hoc intenderit. Debet quoque ea de re potuisse disponere, alioqui iuramentum foret de re illicita.

PARS SECUNDA.

SUMMARIUM RESOLUTIONUM casuum occurrentium circa peccata capitalia.

CAPUT PRIMUM.

De Superbia.

CUM rudiores passim confitentes non nisi in genere soleant peccata sua exprimere, dicendo se superbos fuisse, iracundos, avaros, invidos, gulosos: ideò Confessarii tenentur scire quando peccet mortaliter circa hæc peccata quæ capitalia dicuntur; ut eos in particulari valeant de his interrogare. Itaque paucis id explicabimus in quæstionibus sequentibus.

I. *QUAERO. Quando superbia censeatur peccatum mortale?* Resp. cum superbia sit appetitus inordinatus excellentiæ, æstimatioq; sui ipsius plusquam con-